

BEATI

RAYMUNDI

LULLI

DOCTORIS ILLUMINATI
ET

MARTYRIS

LIBER

MAGNUS CONTEMPLATIONIS
in Deum.

JUXTA MOGUNTINAM EDITIONEM
in folio Anni MDCCXL.

IN VARIOS TOMOS DISTRIBUTUS.
Tomus XV.

PALMÆ MAJORICARUM
anno MDCCXLIX.

Superiorum permisso.

Typis Viduæ Frau Typogr. Regiae
Audientiae.

ITALI

ІАУМНДІЯ

III. I. U. I.

ДОЧЕРЬ МИХАИЛ

21 АУГСТЯМ

SECTION

СИМОНДА ПАУЛІСТІКОВСЬКИЙ МАГІСТРАЛІ

LUXA MONGOLIAE EDITIONEM
IN LXXI. ANNIS MDCCXL.

САЛУЯТЫДЫ СОМОТ 2011 АУИ УХ ЗИЛО!

МУЯЦАРИЧА М ЗАЛА XIX МОСКОВСКИЙ

Regezzi regoT emEzV siqyT
wimwiaA

FIGURA XIII.

Ad Cap. CCCXL. pag. 4.

A | DEUS.

B | Significatio ipsius A.

C | Esse humanum.

D | Significatio ipsius C.

E | Privatio

F | Significatio ipsius E.

G | Principium compositum ex
| bono & malo.

H | Significatio ipsius G.

I | Intellectus.

III VERSIÓN




FIGURA XIV.

Ad Cap. CCCXLI. pag. 29.

A | Divina Voluntas.

— | B Significatio ipsius A.

— | C Res licita.

— | D Significatio ipsius C.

— | E Res prohibita.

— | F Significatio ipsius E.

— | G Humanus Intellectus.

FIGURA XV.

Ad Cap. CCCXLII. pag. 52.

A | Divina Voluntas.

B | Significatio ipsius A.

C | Memoria.

D | Intellectus.

E | Voluntas.

F | Desiderium.

G | Perfectio Desiderii.

H | Defectus sive Imperfектio.




FIGURA XVI.

Ad Cap. CCCXLIII. pag. 76.


A DEUS.

B Significatio ipsius A.

C Paradisus.

D Significatio ipsius C.

E Intellectus.



F | E | I | C |

FIGURA XVII.

Ad Cap. CCCXLIV. pag. 101.

A | JESUS Christus.

B | Significatio ipsius A.

C | Corpus hominis.

D | Significatio ipsius C.

E | Anima.

F | Significatio ipsius E.

G | Perfectio.

H | Defectus.

I | Lætitia.

K | Tristitia.

L | Oculi corporales.

M | Intellectus.

FIGURA XVIII.

Ad Cap. CCCXLV. pag. 127.

A | Divina Potestas.

B | Significatio ipsius A.

C | Divina Sapientia.

D | Significatio ipsius C.

E | Divina Voluntas.

F | Significatio ipsius E.

G | Divina Misericordia.

H | Significatio ipsius G.

I | Divina Humilitas.

K | Significatio ipsius I.

L | Divina Patientia.

M | Significatio ipsius L.

N | Spes

O | Intellectus.

FIGURA XIX.

Ad Cap, CCCXLVI. pag. 152.

A | JESUS Christus.

B | Significatio ipsius A.

C | Christianitas.

D | Significatio ipsius C.

E | Mundus

F | Significatio ipsius E.

G | Libera Potestas Sapientia &
Voluntas.

H | Significatio ipsius G.

I | Potentia Motiva.

K | Significatio ipsius I.

L | Perfectio.

M | Significatio ipsius L.

N | Humanus Intellectus.

FIGURA XX.

Ad Cap. CCCXLVII. pag. 183.

A DEUS.	G Div. Incarnatio sive <i>Essē</i> ipsius.
B Significatio ipsius A.	H Significatio ipsius G.
C Divina Trinitas sive <i>Essē</i> ipsius.	I Non-Incarnatio sive <i>non esse</i> ipsius.
D Significatio ipsius C.	K Significatio ipsius I.
E Non-Trinitas sive <i>non-esse</i> ipsius.	L Gratiæ sive gratiarum actiones.
F Significatio ipsius E.	M Intellectus recipiens significationem.

BEATI

fol. 3.

RAYMUNDI

ULLI

DOCTORIS ILLUMINATI ET
MARTYRIS

MAGNUS LIBER

CONTEMPLATIONIS

IN DEUM.

VOLUMEN III.

LIBER V.

DISTINCTIO XL.

DE ORATIONE.

CAPUT CCCXL.

*Quomodo homo oret & contempletur &
precetur honoratum & gloriosum DEUM,
ut ei demonstret, unde bonum & ma-
lum habeant principium.*

EUS aeternæ infinite!
A quo veniunt om-
nes gratia & bene-
dictiones. Qui vult
recipere & scire bo-
num & malum quæ
sunt



4. *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
sunt in homine, unde habeant principi-
um & à quo veniant, oportet, *Domine*,
quòd sciat figurare figuras sensuales,
per quas possit elevare suum intellec-
tum ad intelligendum & sciendum res
intellectuales cum quibus & per quas
intellexus potest intelligere & cognos-
cere bonum & malum, quæ sunt in
homine, unde veniant, & à quo
accipient principium.

2. Igitur quia, *Domine*, propo-
nimus inquirere principium boni &
mali, propterea figuramus figuras
sensuales & ponimus dicendo, quòd
sit.

A. DEUS.

B. Significatio ipsius A.

C. Esse Humanum.

D. Significatio ipsius C.

E. Privatio.

F. Significatio ipsius E.

G. Principium compositum ex bo-
no & malo.

H. Significatio ipsius G.

I. Intellexus.

3. Et

3. Et quando homo, *Domine*, figuraverit has figuras, tunc oportet, quod omnes illas ponat in I. ad tentandum & probandum secundum quam vel quas possit intelligere & scire: Unde bonum & malum veniant & unde habeant principium, quod potest homo invenire per istam artem, dummodo intellectus sciat esse liber ad recipiendum significationes intellectuales per figuratas sensuales; quia quando voluntas vult, quod intellectus intelligat, & quando intellectus scit intelligere id, quod voluntas vult, tunc intellectus est liber ad intelligendum; sed quando voluntas vult, quod intellectus intelligat, & non vult id, per quod potest intelligere, tunc intellectus est coactus & constrictus in virtute intelligendi; ratione cuius constrictio non potest intelligere id, quod intelligeret, si liberè posset uti virtute intellectiva, quæ vult haberi libera ad intelligendum.

6 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
4. b. O Domine! qui es gloria æter-
na & infinita, per quam durat glo-
ria sanctorum glorie. Intellectualiter in-
telligimus B. significare ipsi I., quod
A. creaverit C. quia quando B. signi-
ficat ipsi I., quod A. sit infinitum æter-
num & perfectum in omnibus rebus,
& quando I. est directum ad recipien-
dum significationem, quam B. ei dat de
A., & postea se vertit ad signifi-
cationem quam D. ei dat de C., tunc I. per
id quod recipit de B. & de D. intel-
ligit & scit, quod A. creaverit C.

5. Nam sicut B., Domine, de-
monstrando ipsi I. infinitatem æter-
nitatem & perfectionem ipsius A. sig-
nificat & demonstrat, quod A. crea-
verit C., ita D. demonstrando ipsi
I. finitatem & terminationem ipsius
C. demonstrat defectus, qui cadunt
in C. & significat de C., quod A.
creaverit illud; quia si non creavis-
set, & C. esset simile ipsi A. in æ-
ternitate, tunc B. non posset signifi-
care nobiliorem significationem de

A.

A. ipsi I., quam D.: unde cum D. non possit in C. demonstrare perfectionem in omnibus rebus, sequitur quod C. non sit perfectum in aeternitate, per quam privationem aeternitatis D. demonstrat principium in C., quod B. non significat in A. significando perfectionem ipsius A. in omnibus rebus.

6. Unde quando I., *Domine*, recepit demonstrationem, quam B. ei dat de A., & demonstrationem quam D. ei dat de C., & quando per ambas demonstrationes ipsum I. cognoscit, quod A. creaverit C., per hoc significatur & demonstratur ipsis I., quod C. sit obligatum ad amandum & laudandum, honorandum & serviendum, orandum & contemplandum A., quoniam A. creavit & beneficiavit illud & sustinet in esse in quo illud creavit & beneficiavit.

7. c. *Perdurabilis Domine in omni tempore, potens honorare & adjuvare tuos amatores!* Intellectualiter intel-
ligi-

8 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
ligimus, quòd I. recipit demonstra-
tionem, quam B. ei dat de A. &
quam F. ei dat de E., tunc I. in-
telligat A. non esse E., nec E. esse
A., quia si A. esset E., non posset
B. demonstrare de A. Infinitatem
nec Aeternitatem nec Perfectionem,
nec posset demonstrare quòd A. crea-
verit C., nec D. posset significare,
quòd C. sit creatum ab A., & si E.
esset A., posset F. significare de E.,
quòd sit infinitum aeternum & per-
fectum, & quòd creaverit C., & hoc
intelligit I. esse impossibile.

8. Unde sicut D. demonstrat, quòd
C. non sit E. & sicut E. demonstrat,
quòd E. non sit C.; ita, Domine, &
ad huc multò melius sine omni com-
paratione B. demonstrat A. non esse
E., & F. demonstrat E. non esse A.:
unde quando I. recepit omnes istas
significationes, tunc movet memori-
am ad memorandum, & voluntatem
ad amandum prædictas significa-
tiones, ut per multam memorationem

&

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXL. 9
& valde magnum amorem intellectus melius possit intelligere & scire principia boni & mali quæ inquirit.

9. Nam quanto plus & melius memoria memorat, & voluntas amat prædictas significaciones tantò plus & melius potest I. cognoscere & scire demonstrationem, quam H. facit de G.; quæ demonstratio est directa ad cognoscendum & sciendum per demonstrationem, quam B. facit de A., & D. de C., & F. de E., ut I. possit scire G., & ut I. per cognitionem, quam habet de G., moveat memoriam ad memorandum & se ipsum ad intelligendum & voluntatem ad amandum A., ut omnes tres virtutes orient & contemplentur suum honoratum & gloriosum DEUM.

10. d. O Domine! Qui omnes meas cogitationes comprehendis, & omnes meas considerationes intelligis. Intellectualiter intelligimus, quòd B. significando A. & D. significando C.,
&

10 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
& F. significando E. demonstret ipsi
I., quòd C. sit potentialiter in E.;
quia sicut B. & D. significant C. esse
creatum ex nihilo, ita C. significa-
tur potentialiter in E., dum A. il-
lud non velit substincere, & velit ab
ipso auferre id, quod ei dedit: unde
si C. non esset potentialiter in E.,
D. significaret C. æternum in mate-
ria, & hoc est impossibile, quia si
esset possibile materia ipsius C. esset
æqualis in durabilitate ipsi A., quòd
est impossibile, secundùm quod jam
probavimus.

11. *Gloriose Domine!* Sicut prædictæ
demonstrations demonstrant ipsi I.,
quòd C. sit potentialiter in E., ita con-
vertuntur significaciones ad demons-
trandum, quòd E. sit potentialiter in
C.; nam si E. non esset potentiali-
ter in C., demonstraretur C. non
esse creatum ex nihilo; quia postquam
non posset per suam naturam priva-
ri nec redire ad nihilum, demonstra-
ret D., quod C. sit factum ex aliquo
rc

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXL. 11
re æterna , & hoc est impossibile;
nam D. demonstrat in C. cadere ig-
norantiam & peccatum , & multos
alios defectus , qui demonstrant ipsi I.,
quòd , si C. esset factum ex aliqua
re æterna , foret impossibile in eo esse
peccatum & ullum defectum.

12. *Humilis Domine!* Quando I.
recepit significationes , per quas cog-
noscit , quòd C. sit potentialiter in
E. , & E. in C. , tunc B. ipsi I. de-
monstrat A. habere actualēm Potes-
tatem & Sapientiam & Perfectionem ,
per quam possit creare aliquid ex
nihilo , & redigere aliquid in nihilo
dummodo voluntas hoc velit , &
quando I. recepit hanc demonstra-
tionem , tunc H. ei demonstrat de G.
quale sit bonum , quod cadit in C.
ex parte ipsius A. , & quale sit ma-
lum quod cadit in C. ex parte ipsius E.:
Unde quando I. recepit omnes istas
significationes & omnes istas res , tunc
se movet intellectus ad intelligendum ,
& memoria ad nimirandum , & vo-
luntas

12. *B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
luntas ad amandum magnam virtuosam demonstrationem, quam B. dat de A.

13. e. *Humilis Domine! Qui te humilias tuis humilibus servis.* Quando I. recepit quatuor universales demonstrationes, scilicet B. & D. & F. & H., tunc intelligit & cognoscit, quod G. non sit A. cum componatur ex C. & E.; quia sicut ex albedine & nigredine componitur tertius color, ita D. & F. componunt H., quod significat G. esse accidens, quod cadit in C. & E. per conversionem & conjunctionem ipsi C. & E.

14. Cum B. demonstret ipsi I. de A., quod habeat Aeternitatem Infinitatem & Perfectionem, & D. & F. non possint hoc demonstrare in C. & E., propterea B. demonstrat A. non esse potentialiter in E., nec E. in A.; & ideo G. non esse A.; quia si esset A., tunc B. & F. & H. demonstrarent A. esse potentialiter in E., & E. in A.: Unde cum B. & F.

&

& H. non dent ullam harum demonstrationum, propterea I. intelligit bonum opus, quod est in G. non esse A., licet sit ab A., nec malum opus, quod est in G. esse ab A., licet sit à C. & E.; quoniam si bonum & malum, quod est in C., esset A., sequeretur quod C. esset A., & hoc est impossibile; nam si esset possibile, sequeretur quod C. esset infinitum.

15. Virtuose Domine! Sicut I. intelligit C. non esse colorem, quem homo videt in flore, nec esse figuram navis, quam memorat; ita B. & F. & H. demonstrant ipsis I., quod A. non sit G., sed sicut C. est virtus visiva, per quam videt colorem, & est virtus memorativa per quam memorat figuram navis, sic A. est virtus, quæ per influentiam bonitatis & perfectionis creat & dat bonum, quod est in G., & malum culpæ, quod est in ipso G., non venit ab A.; quia si ab eo veniret, oporteret, quod G. & A. concordarent in natura: igitur

34 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
tur cùm G. sit compositum ex C. &
E., quæ sunt contraria, & cùm G.
continuat in se bonum & malum,
per hoc B. demonstrat, *Domine*, quòd
Tu non sis, nec à Te creetur culpa ip-
sius C. in G., quia si hoc faceres,
esses compositus ex contrariis, quod
est impossibile.

16. f. *Salvator Domine tuorum ho-*
noratorum! Qui laborant pro tuis ho-
noribus. Sensualiter sentimus & intel-
lectualiter intelligimus, in homine
bonum & malum esse accidentaliter;
& per hoc intelligimus, quòd G. ca-
dat in C.: igitur sicut color rubeus
est compositus ex nigro & albo, ita
G. est compositum ex bono & ma-
lo in C.; & sicut in colore rubeo
nigredo est ex parte siccitatis & ca-
loris, ita D. demonstrat ipsi I. bo-
num esse ex parte ipsius A. & C., &
peccatum, quod est malum, esse ex
parte ipsorum C. & E.

17. Nam sicut levitas, quæ est in
C., *Domine*, est ex parte ignis &
aeris

aeris, & gravitas quæ est in ipso C., est ex parte aquæ & terræ; ita bonum, quod est in C., est ex parte ipsius A. & C., & malum & peccatum, quod est in eo, est ex parte ipsius C. & E.: unde sicut ignis & aëris movent atomos ad ascendendum sursum, ita A. & C. movent bonum, quod est in G., & sicut homo cœdens ex loco alto movetur deorsum per aquam & terram, ita malum, quod est in G. movetur per C. & E., & si hoc non esset ita, sed Iesus oppositum, B. non posset demonstrare A. ipsi I., nec D. ei posset demonstrare C., nec F. ipsum E.

18. Nam si malum, quod est principiatum in C., principiaretur in A., esset sicut si motus, quem lapis habet deorsum, principiaretur in natura ignis & aëris; & si bonum principiatum in C., principiaretur in E., esset sicut si atomus, qui movetur sursum ascenderet per naturam terræ & aquæ, quod est impossibile; & si bonum

16 B.Ray. Lluli Lib. Contēpl. Vol.III.
bonum, quod est principiatum in C.,
esset principiatum sine A., D. de-
monstraret C. esse æquale in virtute
ipsi A.; & si malum esset principia-
tum in C. sine E., tunc D. & F.
demonstrarent C. non esse potentiali-
ter in E., nec E. in C., quod est
impossibile: unde quando I., Domi-
ne, recepit omnes istas demonstratio-
nes, tunc intelligit quod G. in quan-
tum bonum, sit incepturn & princi-
piatum primò in A., & postea in C.,
quia si æqualiter esset incepta & prin-
cipiata in A. & C., non posset B.
demonstrare melius A., quam D. de-
monstret C.; & postquam I. recepit
hanc cognitionem, tunc intelligit &
cognoscit, quòd G., in quantum ma-
lum, sit incepturn & principiatum pri-
mò in E., & postea in C.; quia si æ-
qualiter essent principiata in C. & E.,
non esset in C. deliberatio liberæ vo-
luntatis ad faciendum bonum vel ma-
lum: unde cùm libera voluntas sen-
tiatur & intelligatur in C., est im-
pos-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXL. 17
possibile, quòd malum ita citò sit
principiatum in C., sicut in E.

19. g. *Intellectualis Domine, spiri-*
tualis, digne omni honore! intellec-
tualiter intelligimus, quod B. det ip-
si I. de A. perfectam demonstratio-
nem, per quam demonstrat omne bo-
num, quod est in C. esse ex parte
ipsius A.; quia si D. posset demons-
trare aliquod bonum esse in C., quod
non esset ex parte A., tunc B. non
posset perfectè significare A.: igitur
cùm B. demonstret, quòd C. non es-
set, nisi A. esset, per hoc D. de-
monstrat bonum, quod principiatur
in B, esse ab A., quod creavit C.,
& quod per gratiam dat bonum,
quod est in ipso C.

20. Nam sicut oportet formam
priùs esse in potentia, quàm in actu
in materia navis, & sicut sine pri-
ma forma non posset esse secunda;
ita *Domine*, necessariò oportet, quòd
priùs sis principium boni, quod est
in homine, ut omne bonum, quod

B

est

18 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpt. Vol. III.*
est in eo , veniat à TE & per TE ;
& si hoc non esset ita , & si bonum ,
quod est in homine , principiareetur
priùs ab alio , quām à TE, vel x-
que citò vel simul ab alio & à TE ,
tunc B. non posset demonstrare tu-
um bonum esse priùs bono princi-
piato ; & si hoc ita esset , demons-
traret aliquod bonum esse in C. ,
quod esset , æquale in dignitate tuo
bono , quod est impossibile .

21. *Juste Domine : F.* demonstran-
te E. ipsi I. , intelligit I. , quòd E.
non habeat naturam nec dignitatem
principiandi bonum in C. ; quia si
bonum derivaretur & veniret ab E. ,
necessario oportet E. esse aliquid ,
per quod esset simile ipsi A. , quod
est impossibile : unde cùm F. det hanc
demonstrationem de E. , tunc ex D.
& F. formatur ipsi I. falsa demons-
tratio , per quam I. opinatur , quòd
si A. non creasset C. , peccatum non
posset cadere in hominem ; & per
hoc , quod A. creaverit C. , vide-
tur

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXL. 19
tur ipsi I. per D. & F. peccatum esse
principiatum ab A; & dum intellec-
tus recipit hanc falsam demonstratio-
nem, recurrit ad B. & ad D., &
videt veram demonstrationem suæ
falsæ opinionis per coniunctionem ip-
orum D. & F., quia quando I. re-
cipit demonstrationem à D. & F. si-
ne B., tunc est indirectum ad vi-
dendum veritatem per naturam ip-
sius E., quod ipsi I. demonstrat esse
verum id, quod est falsum, & esse
falsum id, quod est verum, & hæc
demonstratio est de E., cui D. est
objectum intellectuale in falsa figura,
quando I. non recipit B.

22. *h. Sapiens Domine in omnibus
sapientiis, potens Domine in omnibus
potestatibus!* Sicut aqua recipit for-
mam vasis, in quod intrat, & cera
recipit formam sigilli, ita I. recipit
unam figuram, quando simul respicit
B. & D. & F.; & quando respicit
D. & F., & non recipit id, quod
B. demonstrat de A., tunc mutat
suam

20 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpt. Vol. III.*
suam veram figuram in falsam, per
quam videtur ei malum culpæ ha-
bere principium ab A., eo quod
malum culpæ non esset nisi A. crea-
visset C.

23. Et dum I. est in hac falsa fi-
gura, *Domine*, sicut Dæmon est in
falsa figura, quando assumit huma-
nam formam, tunc I. recurrit ad B.
& recipit id, quod ei demonstrat de
A., & tunc disparet falsa figura cog-
noscente ipso I., quod A. habeat a-
deò magnam potestatem & sapienti-
am & adeò perfectam voluntatem,
quod voluerit potuerit & sciverit
creare C., quin malum culpæ sit in
ipso ex parte ipsius A., quod habet
per suam infinitam potestatem sapi-
entiam & voluntatem, quod omne
principium boni sit in C. ex parte
ipsius A., & quod principium pec-
cati & peccatum non sit in eo ex
parte ejusdem A.; & si A. hoc non
haberet in sua Potestate Sapientia &
Voluntate, haberet finitam potesta-
tem

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXL. 21
tem, sapientiam, & voluntatem; per quam finitatem B. demonstraret, quod A. non posset nec sciret nec vellet omne bonum esse in C. ex parte ipsius A.

24. Unde dum I., *Domine*, recipit hanc demonstrationem, tunc intelligit, quod per hoc quia D. & F. sine B. ei demonstrant malum, quod est in C., illud transfigurent de vera figura in falsam; que falsa figura transfiguratur in veram, quando I. recipit B. & D. & F.; & quando est in vera figura, tunc percipit & intelligit, quod quia A. non est in potentia in E., nec E. in A., & quia C. & E. sunt potentialiter unum in alio, propterea intelligit, quod de necessitate rationis omne bonum sit per A., & nullum malum culpæ sit per ipsum quoniam sicut Triremis vadit in mari per impulsum remorum, ita C. movetur ab A. ad faciendum bonum, quod est in ipso C. in quantum se finit moveri ab A., sicut sa-

gitta

22 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
gitta se sinit moveri ab impulsu arcūs;
& quia peccatum est res, quæ non de-
beret esse nec secundūm naturam nec
secundūm rationem, propterea pec-
catum est nihil, quando venit in esse
sine natura & ratione, ratione cuius
nihili incipit ab E., & stat in C.,
quod se disponit & movet ad faci-
endum nihil in hoc quod operetur
id, quod non deberet esse nec per na-
turam nec per rationem.

25. i. *Honorator Domine tuorum ho-*
noratorum, amator Domine tuorum a-
matorum! Qui vult scire & cognosce-
re, quomodo A. sit principium bo-
ni & non mali, & quomodo E. sit
principium mali, & non boni, sci-
at ponere omnes quatuor significatio-
nes in I., etsi omnes quatuor signi-
fications concordent & convenient
in I. significando G. habere malum
ab A., & bonum ab E., tunc pote-
rit cognoscere, quòd A. faciat ma-
lum, & E. bonum; sed si omnes qua-
tuor significations discordent in I.
signi-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXL. 23
significando malum esse ab A., & bonum ab E., tunc poterit cognoscere bonum principiari ab A., & malum ab E.; quia per hoc, quod B. demonstret E. non esse potentialiter in A., privando ab eo perfectam potestatem sapientiam & voluntatem, & F. significet hoc idem de E.; propterea B. & F. non concordant in I., quando I. putat A. esse principium boni & mali; quia si concordarent, B. demonstraret E. esse potentialiter in A. privando potestatem & sapientiam & voluntatem ab ipso, & F. hoc idem significaret de E.

26. *Juste Domine!* Sicut corpus vegetatum est sanum per temperamentum quatuor qualitatum, ita intellectus est directus ad intelligendum, quando recipit quatuor praedictas significations; & sicut corpus est infirmum per contrarrietatem & corruptionem humorum & qualitatum, ita intellectus est in directus ad intelligendum, quando recipit quasdam significa-

24. *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
ficationes & non alias ; quoniam si-
cūt calor per se non sufficit ad con-
servandam sanitatem in corpore sine
humiditate , ita quædam significatio-
nes non sufficient ad demonstrandum
veritatem ipsi I. sine aliis ; quia quan-
tum intellectus dirigitur ad recipien-
dum cognitionem quarundam signifi-
cationum tantum indirigitur per ig-
norare alias.

27. *Amoroſe Domine !* Intellectua-
liter intelligimus , quòd bonum in-
cipiat ab A. in C. ; & bonum sit in
C. per hoc , quòd ipsum recipiat bo-
num ab A. : unde demonstrant B. &
D. , quod bonum in C. sit per A. ,
quod dat , & per C. quod recipit ;
& si hoc non esset ita , & omne bonum
esset ab A. , & nihil ipsius veniret
à C. , tunc F. demonstraret ipsi I. ,
quod E. haberet actionem super A. ,
eo quòd privaret bonum per C. per
potentiam , in qua G. & E. concor-
dant & conjunguntur ad invicem ,
quod est impossibile ; & si ita esset ,
quod

quod totum bonum esset in C. à se ipso, & nihil ipsius veniret ab A., tunc D. & F. demonstrarent E. habere maiorem actionem & potestatem in C. quām A.; eo quod E. multo-
ties privet bonum à C., & ponat in eo malum culpæ, & hoc est impossibile, quod significatur per B. demons-
trans A. habere maiorem actionem
& potestatem super suam creaturam,
quam habeat E., quod accidentaliter ponit culpam in C. per acciden-
talem corruptionem ipsius creatu-
ræ.

28. k. *Æterne Domine ! Qui circun-
das & comprehendis omnia.* Sicut ma-
teria est subjectum formæ & privatio-
ni, ita C. est subjectum ad recipien-
dum principium boni ab A.; & prin-
cipium mali ab E.; & sicut materia
se induit formâ ut videatur, ita A.
dat ipsi C. bonum principium. ut B.
det demonstrationem de ipso A.; &
si A. daret principium mali ipsi C.,
tunc B. alteraretur in F., & F. in B.,
quod

26 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
quod est impossibile; quia si esset pos-
sibile A. amaret videri ab I. esse oc-
casione boni & mali, quod est con-
tra ipsum B.

19. *Juste Domine!* Intellectualiter
intelligimus B. significare ipsi I., quòd
A. creaverit memoriam in C.: unde
quando C. memorat B., & per B. me-
morat A., tunc B. demonstrat ipsi
I., quòd A. moveat memoriam ad
memorandum B., ut C. illud pos-
sit memorare; sed quando B. demons-
trat ipsi I., quòd A. creaverit me-
moria in C., ut voluntas non amet
peccatum, quod memoria memorat;
& quando contingit, quòd voluntas
amet peccatum memoratum, tunc
movetur voluntas à C. & E., quia
voluntas facit contra id, propter quod
A. eam posuit in C., quod est odire
peccatum, & amare A. demonstratum
per B.: igitur si A., *Domine*, move-
ret voluntatem ad amandum pecca-
tum, quod memoria memorat, I. in-
telligeret quòd E. esset in A. privan-
do

Lib. V. Dist. LX. Cap. CCCXL. 27
do illud perfectis virtutibus, & si
hoc ita esset, esset sicut Ferrarius, qui
faceret gladium ad occidendum ali-
um & se ipsum simul, quod est im-
possible.

30. *Juste Domine!* Sicut finalis ra-
rio movet artificem ad faciendum ex
materia & forma id, quod intendit,
ita B. demonstrat, quod A. moveat
se ad faciendum bonum, & evitan-
dum malum, ut I. habeat cognitio-
nem de A., & A. habeat rationem
dandi bonum ipsi C., & sicut fina-
lis ratio Aratoris arantis non consistit
in vulnere, quod ex vomere recipit
bos in pede, ita finalis ratio, prop-
ter quam A. creavit C., non consis-
tit in principio mali, quod C. reci-
pit à suo defectu & ab E. per priva-
tionem virtutum & possessionem vi-
tiorum: igitur cùm hoc ita sit, *Do-
mine*, per omnes istas demonstratio-
nes, & per plures alias demonstratur
humano intellectui nullum malum cul-
pæ sed omne bonum principiare ab

A.,

28 B. Ray. Eulli Lib. contempl. Vol. III.
A., quod est perfectum in omnibus
principiis principiatis à nostro glorio-
so DEO.

CAPUT CCCXLI.

*Quomodo homo oret & contempletur
nostrum gloriosum DEUM, ut dirigat
suum intellectum ad habendum cog-
nitionem de rebus licitis, &
de rebus prohi-
bitis*

i. a. **O** DEUS virtuose, complete om-
nibus bonis & omnibus hono-
ribus! Qui vult intrare in hanc inqui-
sitionem ad cognoscendum quænam
res sint licitæ, & quænam prohibitæ,
oportet, *Domine*, quòd faciat figuræ
sensuales, ut per eas possit ordinare
& dirigere suum intellectum ut ascen-
dat ad cognoscendum res intellectua-
les, per quas habeat cognitionem de
rebus licitis, ut eas faciat, & de re-
bus prohibitis, ut eas omittat.

2. Un-

2. Unde quia tuus servus & tuus contemplator, *Domine DEUS*, Te vult orare & contemplari multis modis, propterea vult habere cognitionem de eo quod est licitum, & de eo quod est prohibitum, ut cum hac cognitione Te possit orare & contemplari; & propterea ponit & dicit, quod sit.

A. Diviuia Voluntas.

B. Significatio ipsius A.

C. Res licita.

D. Significatio ipsius C.

E. Res prohibita.

F. Significatio ipsius E.

G. Humanus iutellectus, qui aestimat & aspicit prædictas significaciones, ut possit habere cognitionem de rebus licitis & de rebus prohibitis.

3. Unde qui vult intrare in hanc inquisitionem ad sciendum quænam res sint licitæ, & quænam prohibitæ, oportet, *Domine*, quòd sciat habere cognitionem de arte & condicione

30 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
tione hujus prædictæ figuræ, quæ ars
& conditio consistit in hoc, quod
homo sciat B. & D. & F. concorda-
re in G., ut per hanc concordanti-
am habeat intellectus cognitionem de
rebus, quas homo vult scire, sicut
habet ignorantiam, quando tres sig-
nificationes discordant in G. ipso
opinante, quòd concordent; quia si
G. non sciat cognoscere id, in quo
tres significations concordant & dis-
cordant, tunc non scit recipere id,
quod verè significant, & falsò reci-
pit falsas significations falsò signifi-
catas.

4. b. O Domine! Qui concordas me-
am voluntatem, & meam spem ad ho-
norandum tuum placitum. Qui vult
cognoscere id, quod est licitum, &
id, quod est prohibitum, oportet,
quòd primò pónat B. in G., ut re-
cipiat demonstrationem, quam B. fa-
cit de A. ad significandum ipsi G. tu-
am Voluntatem esse justam veram po-
tentem misericordem & perfectam,
quia

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXI. 31
quia nisi talis esset, non esset divi-
na Voluntas.

5. *Gloriose Domine!* Quando ho-
mo posuerit B. in G., & receperit
significationes quas B. dat de A.,
tunc oportet, quod ponat D. & F.
in G. tali modo, quod non extrahat
ab eis B.; quia quando omnes tres
significationes sunt in G., & G. re-
cepit in habitu primò id, quod B.
demonstrat de A., tunc D. & F. sunt
directa ad significandum & demons-
trandum res licitas, & res prohibi-
tas, quæ directio desumitur à B. quod
prius intravit in G.

6. Et quando homo, *Domine*,
aperuerit oculos ipsius G. cum B. & D.
& F., tunc oportet, quod G. sciat
aspicere & videre cum significatione
& cum demonstratione, quam B. ci-
facit de A., & D. de C., & F. de
E.; quia sicut forma demonstrat ma-
teriam ita B. & D. & F. intellectua-
liter demonstrant quænam res sint
licitæ, & quænam prohibitæ, quæ
de-

33 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
demonstratio , Domine , fit ipsi G. , ut
sciat honorare A. , & ei obedire fa-
ciendo res licitas , & evitando res pro-
hibitas

7. *O Domine DEUS ! Qui conser-
vas & sustines fructum vitæ in tuis a-
matoribus.* Intellectualiter intelligimus,
quòd quando homo ponit B. & D.
in G. tali modo quòd B. concordet
cum D. , & D. cum B. in significatione,
quam B. dat de A. , & D. dat de C.,
tunc G. possit intelligere & scire id,
quod D. demonstrat & significat de
C. esse licitum & gratum & placens
ipsi A.: quia si ei esset displicens &
ab ipso prohibitum , foret impossibi-
le , quòd B. concordaret cum D.,
& D. cum B.

8. *Honorate Domine !* Quando ho-
mo ponit B. & F. in G. & ambæ
significationes concordant in demons-
trando in B. perfectionem , quam ha-
bet A. , & demonstrando in F. de-
fectum & inordinationem & malum
opus , quod sequitur ex E. contra
A. ,

A. , tunc potest G. intelligere & sci-
re , quòd E. sit res prohibita incon-
veniens & irrationabilis ; quia sicut in-
firmitas demonstrat corruptionem &
mortem , ita F. demonstrat E. con-
trarium ipsi A. , quando significat &
demonstrat ipsi G. , quòd E. sit res
prohibita & displicens & inaccep-
tibilis ipsi A. , si fiat contra C.

9. *Potens Domine!* Quando homo
concordaverit tres prædictas signifi-
cationes in G. , tunc oportet ipsum
G. intelligere , quòd si C. esset res
prohibita , & E. esset res licita , &
quòd B. non posset demonstrare A.
ipsi G. cum C. , nec cum E. , tunc
G. posset intelligere defectum in A. ,
unde cum G. necessariò sit obliga-
tum ad affirmandum & sciendum ,
quòd A. non habeat in se ullum de-
fectum , propterea est obligatum ad
recipiendum significationes , quæ sig-
nificant A. perfectum , & non est
obligatum ad affirmandum & conce-
dendum ullam falsam demonstratio-

C

nem

34 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
nem contraria significationi, quam
B. dat de A.

io. d. *Amans Domine! Qui tuo a-*
more inamoras tuum servum. Quando
homo ponit B. & D. & F. in G.,
& G. non scit recipere tres signi-
ficationes nec scit eas concordare;
tunc G, opinatur id, quod est C.
esse E., & id quod est E. esse C.; &
propterea omnes tres significationes
sunt discordantes in G., eo quod G.
sit inordinatum & indirectum, &
non sciat recipere id, quod ei de-
monstratur: Unde G. est sicut fatuus
scholaris qui non scit intelligere id,
quod magister ei demonstrat, sed in-
telligit oppositum illius.

ii. *Vere Domine!* Ratio & causa
quare G. perturbatur & dirigitur, &
ne scit cognoscere, quānam res sint
licitæ, & quānam prohibitæ, est,
quia commutat significationes, &
putat D. esse significationem ipsius
E., & F. esse significationem ipsius
C., & quia non potest concordare
signi-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXL. 35
significationes cum B., propterea non
scit quænam res sit C., & quænam
E., & ideo est impedimentum ad cog-
noscendum A. cum B.: igitur qui
suum intellectum vult custodire ab
hoc impedimento, oportet, quòd
sibi caveat ne commutet significatio-
nes; & si ita sit, quòd eas com-
mutaverit, & quòd G. inveniat im-
pedimentum ad intelligendum, opor-
tet, quòd reddat significationes illis
literis in quibus eas falsò commuta-
vit.

12. *Pie Domine!* Sicut speculum
obliquum falsò representat figuram,
quæ ei præsentatur, ita quando G.
commutat alias significationes pro a-
liis, est speculum obliquum falsò re-
presentans memoriæ & voluntati ip-
sum A. & C. & E.; & sicut figura
faciei, que est in homine, est vera
& recta, ita ea, quæ B. demonstrat ipsi
G. de A., & D. de C., & F. de E.,
sunt veræ demonstrationes; sed quia
G. putat quòd D. demonstret E., &
F.

36 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
F. demonstret C., & mutat & com-
mutat significaciones ipsorum G. &
E.; propterea G. est sicut falsum spe-
culum, & putat intelligere id, quod
ignorat; unde culpa non se tenet ex
parte ipsius B. & D. & F., sed so-
lum ex parte ipsius G.; nam sicut a-
qua & terra per suam ponderosita-
tem sunt homini occasio ut lædatur,
quando cadit ex alto, & ignis & a-
er, qui sunt in homine, non sunt
occasio læsionis quam accipit ex suo
lapsu, ita B. & D. & F. non sunt
ipsi G. occasio erroris nec indirec-
tionis, imò culpa & occasio est ip-
sius G., quod inordinatur & indiri-
gitur vel per se ipsum vel per memo-
riam vel per voluntatem; & ratione
hujus indirectionis commutat prædic-
tas significaciones unam pro alia.

I. 3. c. *Salvator Domine omnium il-*
lorum, quos tibi placet salvare! Si-
cut aqua calida calefacit & coquit
carnem in olla contra suam naturam,
ita G. facit contra suam naturam,
quan-

quando ei videtur, quòd res prohibita sit res licita, & res licita sit prohibita: unde sicut ignis est causa aquæ, ut sit calida, ita G. accidentaliter recipit falsam figuram, quando respicit D. & F. sine B.: unde sicut est naturale aquæ frigefacere, ita est naturale intellectui, quòd quotiescunque respiciat D. & E., debeat respicere B., sed sicut aquæ venit calor per accidens, ita G. accidentaliter transfiguratur in falsam figuram, quando recipit D. & F. sine B.

14. Unde quemadmodum lapis movetur contra suam naturam, quando movetur sursum, ita , *Domine*, G. quando ignorat B. per memoriam, quæ memorat placita voluntatis obliviscendo placita ipsius A., movetur intellectualiter contra cursum intellectualis naturalem ratione cuius contrarietatis opinatur, quòd D. sit E., & F. sit C., & quousque G. redeat ad intelligendum B. per memoriam, quæ memoret, & per voluntatem quæ

38 B. Ray. *Lulli Lil. Contēpl. Vol. III.*
quæ amet A. , non potest intelligere,
quænam res sit C. , & quænam E.

15. Sicut autem lapis , quem ho-
mo projicit sursùm naturaliter redit
ad suum motum , quando se movet
deorsum , ita , *Domine* , G. redit ad
suam naturam quando redit ad in-
telligendum B. , quod in ipso G.
concordat D. & F. , ut D. det cog-
nitionem de C. , & F. de E. per de-
monstrationem quam B. facit ipsis G.
de A. : igitur cùm hoc ita sit , qui
vult orare & contemplari tuam sanc-
tam gloriosam voluntatem sciat cog-
noscerè concordantiam vel discor-
dantiam ipsorum B. & D. & F. in
G. , ut possit orare & contemplari
A. cum C. & E.

16. f. *O Domine DEUS ! qui poten-*
ti & sapienti voluntate creasti quid-
quid tibi placuit. Quando homo po-
nit B. in G. , & G. intelligit ipsum
A. , & postea ponit C. & E. in G.
cum D. & F. , & G. intelligit C. &
E. , tunc intelligit omne id , quod
est

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLI. 39
est C. esse placens & acceptum ipsi
A., & omne id, quod est E. esse
displicens ipsi A., quando fit con-
tra C.; & si hoc non esset ita, sed
ejus oppositum, esset impossibile,
quod B. demonstraret A. ipsi G., nec
G. posset intelligere B. nec D. nec F.,
& si ita non esset, non esset culpa
ipsius G., sed ipsius B., quod est im-
possible, quia B. non potest esse con-
trarium ipsi A., eo quod si ei esset
contrarium, ipsum A. esset contra se
ipsum.

17. Cùm G. de necessitate debe-
at intelligere quidquid est licitum es-
se placens ipsi A., & quidquid est
prohibitum ei esse displicens, propte-
rea oportet, *Domine*, quod inquiram-
us an credere Trinitatem sit pla-
cens vel displicens ipsi A., quia si
ita est, quod sit ei placens, B. & D.
demonstrant ipsi G. licitum esse cre-
dere in Trinitatem & si ita est, quod
sit displicens ipsi A. honinem cre-
dere in Trinitatem, B. & F. demon-
trant

40 B. Ray, Lulli Lib. Contēpl. Vol. III,
trant illicitum esse credere in Trini-
tatem.

18. Igitur qui vult intrare in hanc
inquisitionem, oportet, *Domine*, quòd
sciat ponere B. & D. & F. in G., &
si G. intelligat concordiam in his
tribus significationibus, dum G. affir-
mat Trinitatem esse in tua glorioſa
Divina Essentia, tunc potest intelli-
gere & scire, quòd credere in Tri-
nitatem sit res licita, & discredere
in Trinitatem sit res prohibita; &
si est ita, quòd G. non possit con-
cordare omnes tres significaciones,
dum affirmat Trinitatem, & concor-
det eas, si neget Trinitatem, tunc
G. potest intelligere & scire quod dis-
credere Trinitatem sit res licita, &
credere ipsam sit res prohibita.

19. g. *Immortalis Domine!* *Qui es*
DEUS vivus dignus omni gloria & ho-
nore. Quando homo ponit D. & E.
& F. in G., & memoria representat
ipsi G., quòd omnis substantia plus
valcat per hoc, quòd sit una, & sit
in

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLII. 41
in tribus rebus prout jam supra probavimus, tunc G. intelligit, quod B. & D. & F. non discordent, si G. affirmet quod credere in Trinitate sit C., nam quia G. intelligit totum mundum esse creatum, ut det significationem de tua Bonitate, tunc oportet, ipsum G. intelligere, quod quantò melior est mundus per hoc, quod quælibet substantia sit una & in tribus rebus, tantò melius demonstratur & significetur Bonitas Creatoris.

20. *Benigne Domine!* Si credere in Trinitatem esset res prohibita ab A. & discredere in ipsam esset res licita, B. significaret res contrarias de A., & D. significaret res contrarias de C., & F. de E., quia quantò meliores & nobiliores creature G. intelligit per hoc, quod quælibet substantia sit una & tres res, quam intelligeret, si quælibet substantia esset una, & sua unitas non esset in tribus rebus, tantò melius A. demonstrat B. ipsi G.,
si

42 B.Ray. *Lluli Lib. Contēpl. Vol.III.*
si credere in Trinitatem est C. quam
si credere in ipsam esset E.: unde cùm
G. sit obligatum ad intelligendum om-
ne id , per quod melius potest intel-
ligere nobilitatem ipsius A. , per hoc
significatur eidem G. , quod sit o-
bligatum ad affirmandum credere in
Trinitatem esse C. , & discredere in
eam esse E. , quia si esset oppositum
B. demonstraret ipsi G. , quòd A.
vellet contra se ipsum , & hoc est
impossibile.

21. Unde qui vult probare & de-
monstrare per necessarias rationes, an
sit licitum vel prohibitum ab ipso A.
credere in Trinitatem, sciat, *Domi-
ne*, recipere demonstrationem à B.,
quousque G. intelligat, an A. demons-
tretur majus vel minus ipsi G. , si affir-
met Trinitatem credere esse quid li-
citum vel prohibitum ab A. , quæ
cognitio desumitur à nobiliori dispo-
sitione , in qua sunt creaturæ per crea-
tionem per hoc, quòd quælibet ca-
rum sit in unitate substantiæ unitæ

ex

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLI. 43
ex tribus rebus, quām si quælibet
substantia esset una & non unita ex
tribus rebus.

22. h. *O Domine!* *Qui fuisti ante-*
quam alius uid aliud estet, & qui es
potens super nos omnes. Sieut sol
quoad sc̄ demonstrat totum suum
splendorem, ita B. demonstrat totum
A., sed sicut oculi non possunt suf-
ficere ad recipiendum totum splen-
dorem solis, ita G. non potest suf-
ficere ad recipiendum totum id, quod
B. significat de A.; quia sicut vir-
tus visiva esset adeò magna sicut splen-
dor solis, si posset tantum recipere
quantum sol potest demonstrare, ita
G. esset adeò magnum sicut B. si
tantum posset intelligere quantum B.
potest significare: & si hoc ita c̄fiet
creatura esset æqualis suo Creatori,
quod est impossibile.

23. Cūm ita sit, *Domine*, quòd
Christiani & Judæi & Saraceni dis-
cordent & disconveniant in C. & E.
in hoc quòd alii dicant C. esse E.,
&

44 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
& alii dicant E. esse C.; propterea
oportet, quòd homo inquirat secun-
dum quos eorum B. melius demons-
tret A. ipsi G.; quia si G. plùs vi-
det & cognoscit A. per fidem Chris-
tianorum vel Judæorum vel Sarace-
norum, oportet, quòd fateatur il-
lam fidem esse veram secundùm quàm
D. demonstrat quid sit C., & F. quid
sit E.; quia quantò plùs G. potest
recipere de B., tantò melius D. de-
monstrat ipsum C., & F. ipsum E.

24. Igitur cum Christiani, *Domi-
ne*, dicant licitum esse credere in tu-
am gloriosam Incarnationem, & pro-
hibitum esse discredere in ipsam, &
Judæi & Saraceni dicant oppositum
propterea oportet, quòd G. respici-
at B. secundúm quam legem horum
B. melius demonstret A.: unde cùm
per Incarnationem demonstretur Vo-
luntas Humilitatis & Pietatis, Patien-
tiæ & magnæ Potestatis, Sapientiæ &
Amoris; & cùm per negationem In-
carnationis hæc Voluntas occultetur
ipsi

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLII. 45
ipsi G. , quòd discredit tuam Incarnationem ideo D. & F. , quæ melius concordant cum B. in multùm demonstrando ipsi G. de A. , necessariò debent intelligi esse in veritate, quoniam sufficiunt ad plùs demonstrandum tuas virtutes, quàm sufficiat oppositum ipsorum.

25. i. *O Domine! Qui es gloria Iustorum, & qui punis inimicos justitia*
Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus Christianos & Judeos & Saracenos in aliquibus rebus concordare in sua fide: igitur , quantùm ad id , in quo concordant , oportet quòd G. intelligat unam & eandem rem esse C. & E. in qualibet fide ipsorum , sed quantùm ad id in quo discordant , necessariò oportet , quòd homo mutet & ponat D. in G. loco ipsius F. , & F. loco ipsius D. , ut possit cognoscere id , quod B. demonstrat de A.: nam quia Christiani dicunt licitum esse credere Incarnationem , & Saraceni dicunt prohibitum

46 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
bitum esse ab A. credere ipsam, &
Christiani habent suam affirmationem
per dicta nostri Domini JESU Christi,
& Saraceni suam negationem per dic-
ta Mahometi, propterea oportet, quod
G., quod intelligit JESUM Christum
esse vivum in Cœlo & Mahometum
esse mortuum in terra, intelligat JE-
SUM Christum esse veriorem in sua
affirmatione, quam Mahometum in
fua negatione; quia si Mahometus esset
vivus in cœlo, & esset magis hono-
ratus in terra, quam JESUS Christus,
qui esset in terra adhuc mortuus, sig-
nificaretur ipsi G. esse licitum credere
id, quod Mahometus negat de In-
carnatione & esse prohibitum crede-
re id, quod JESUS Christus affirmat
de ipsa.

26. *Gloriose Domine!* Christiani di-
cunt licitum esse credere quod ho-
mo in Paradiso quantum ad inicelle-
tualem naturam glorificabitur à tua
gloriosa divina Essentia, & quantum
ad sensualem naturam glorificabitur

2

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLI. 47
à tua humana Natura , Saraceni verò dicunt licitum esse credere , quòd homo in Paradiso glorificabitur à cibo & potu & à fœminis & ab aliis rebus sensualibus : igitur qui vult intelligere , & scire quænam res sit licita vel prohibita ab A. scilicet an assertio Christianorum vel Saracenorum , oportet , quòd G. respiciat ad D. & F. ; & videat an B. plùs ei demonstret de A. per hoc quod dicunt Christiani , an verò per hoc quod dicunt Saraceni .

27. Unde cùm per dicta Christianorum G. intelligat majorem propinquitatem inter A. & memoriam & intellectum & voluntatem , quám per dicta Saracenorum , quia quò plùs gloriæ homines haberent in diversis rebus sensualibus , eò plùs sua memoria & intellectus & voluntas se elongarent ab A. in Paradiso , & quò minor diversitas erit inter homines & suum Creatorem in Gloria , eò plus sua memoria intellectus & voluntas

48 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
luntas appropinquabuntur ipsi A., in
gloria & ideo G. intelligit Sanctos
multo maiorem gloriam habituros esse
in Paradiso, si sit licitum quod Chris-
tiani affirmant, quam si sit licitum,
quod affirmant Saraceni.

28. h. *Sapiens Domine in omnibus
Sapientiis, perfecte Domine in omni-
bus voluntatibus!* Qui vult invenire
& scire quænam res sint licitæ, &
quænam prohibitæ, sciat ponere G.
de una consuetudine in aliam contra-
riam vel diversam, & in quacunque
consuetudine G. potest habere majo-
rem demonstrationem ipsius B., &
meliùs in se concordare ipsa B. & D.
& F., illa consuetudo est melior quam
aliæ, in quibus G. non potest tan-
tum recipere de B. nec ita bene in
se concordare omnes tres significa-
tiones.

29. Unde quia omnis homo sa-
piens potest, *Domine*, percipere &
scire secundum prædictam artem, quæ-
nam res sint licitæ, & quænam pro-
hibi-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLII. 49
hibitæ , & quia homines nescii per
necessarias rationes non sciunt habe-
re cognitionem de rebus licitis vel
prohibitibus ab A. , propterea multo-
ties accidit , quòd affirmant esse li-
citum id , quòd est prohibitum , &
esse prohibitum id , quod est licitum:
igitur qui vult dirigere suum intel-
lectum , ut sit dispositus ad cognos-
cendum , quænam res sit C. , & quæ-
nam E. , oportet , quòd se dirigat
cum eo , quòd B. demonstrat de A. ,
in quacunque consuetudine homo sit;
quia si consuetudo sit placens & ac-
ceptabilis ipsi A. , de necessitate o-
portet , quòd D. & F. non sint con-
tra B. , & si consuetudo sit displi-
cens & inacceptabilis ipsi A. , de ne-
cessitate oportet , quòd D. & F. sint
contra B.

30. Cùm A. , *Domine* , plùs no-
bilitaverit in homine naturam intel-
lectualem quàm sensualem , per hoc
D. & F. demonstrant ipsi G. , quòd
illæ res , quæ sunt major occasio na-
turæ

D

turæ

50 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
turæ intellectuali , ut utatur sua vir-
tute , quām naturæ sensuali , ut uta-
tur suā, sīnt plūs licitæ, & minūs pro-
hibitæ , quām res , quæ sunt major
occasio naturæ sensuali , ut utatur suā
virtute sensuali : igitur cūm hoc ita
sīt , quantum aliqua res est contraria
virtuoso memorare intelligere & vel-
le , tantum D. demonstrat eam non
esse C. , & F. demonstrat eam esse
E. ; & quantum aliqua res est occa-
sio virtuosi memorare & intelligere
& velle ad fruitionem rerum , quas
B. demonstrat de A. , tantum demons-
trat D. illud esse C. , & demonstrat
F. illud non esse E.: unde benedic-
tus sis , *Glorioso DEUS* , quia per iſ-
tum modum significatur & demons-
tratur per artem , quānam res sīt li-
cita , vel prohibita , ad gloriam
& laudem nostri gloriosi
Domini DEI.

CAPUT

CAPUT CCCXLII.

Quomodo homo oret & contempletur suum gloriosum DEUM, ut ei completeat desideria sua anime.

1. **O** DEUS magne in omnibus gloriosis, honorate & potens in omnibus virtutibus! Qui vult habere perfectionem & complementum sui desiderii, oportet, *Domine*, quod sciat habere artem & modum, secundum quem possit elevare suum intellectum à rebus sensualibus ad cognoscendum res intellectuales, ad quam cognitionem ascendit homo faciendo figuras sensuales, per quas percipiat & intelligat figuras intellectuales, quae ei dant complementum rerum, quas desiderat.

2. Igitur cum hoc ita sit, *Domine*, propterea, ut adorando & contemplando faciamus tibi reverentiam &

52 B.Ray. Lluli Lib. Contēpl. Vol.III.
& honorem , volumus facere figuræ
sensuales , ut per eas possimus habe-
re tantam cognitionem de rebus in-
tellectualibus , usquequò recipiamus
à Te gratiam & benedictionem , per
quam nostra anima sit perfecta & com-
pleta in rebus , quas desiderat à suo
Creatore ; & propterea ponimus &
dicimus , quòd sit.

- A. Divina Voluntas.
- B. Significatio ipsius A.
- C. Memoria.
- D. Intellectus.
- E. Voluntas.
- F. Desiderium.
- G. Perfectio Desiderii.
- H. Defectus sive Imperfectio.

3. Unde qui vult intrare in hanc
inquisitionem , *Domine* , sciat habe-
re artem & modum ponendi B. in
C. & D. & E. , ut F. intret in E.
cum G. ; quia sicut F. intrat cum H.
in E. , quando C. & D. & E. non
recipiunt id , quod B. demonstrat de
A. , ita F. intrat cum G. in E. , quan-
do

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLII. 53
do C. & D. in E. recipiunt id, quòd
B. demonstrat de A.

4. b. *Divine Domine!* qui habes po-
testatem in qua confidit mea potestas
& mea spes. Intellectualiter intelligi-
mus, quòd quando homo ponit B.
in C., tunc B. demonstret ipsi C.,
quòd A. sit voluntas potens sapiens
perfecta justa & plena omni virtute
& gratia; & hanc significationem
dat B. ipsi C., ut memoret A. val-
de ferventer & perseveranter, usque
quo F. intret in E., & G. in F.;
quia natura ipsius C. est, quod quan-
do recipit B., faciat intrare F. in E.,
& G. in F., ut memorando oret &
contempletur A.; quoniam adeò mag-
na est virtus quam C. recipit à B.,
quando memorat A., quòd per hanc
virtutem E. recipiat F., & F. reci-
piat G.

5. *Vere Domine!* Intellectualiter
intelligimus, quòd finalis ratio, prop-
ter quam A. creavit D., sit ut reci-
piat id, quod B. demonstrat de A.,
ut

54 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
ut F. sit in E. , & G. in F. ad glo-
riam & laudem reverentiam & hono-
rem ipsius A.; quia sicut culter est
factus ut scindat , & aratum ut aret
ita , *Domine* , creasti intellectum in
homine , ut habeat cognitionem de
tuo honore , & de tua laude , & ut
memoria Te inmoret , & ut volun-
tas Te amet tali modo , quòd G. sit
in perfectione voluntatis , quæ desi-
derat Te amare , & tibi servire , &
Te habere ; sed quando homo per-
vertit causam finalem in oppositum ,
sicut si vellet scindere aratro , & a-
rare cultro , tunc ratione hujus inor-
dinationis D. non recipit B. nec G.
intrat in F. , quod est in E.

6. *Honorate Domine!* Quia A. crea-
vit E. ut recipiat à B. id , quod ip-
sum demonstrat de A. , propterea B.
demonstrat A. ipsi E. in valde alta
& nobili virtute , ut E. inamoretur de
A. , & ponat in se F. , ut A. ha-
beat rationem ponendi G. in F. , ut
E. perfectè & completè sit inamora-
tum

tum de A., & A. det satietatem & complementum ipfi F. de E., quod recipit id, quod B. demonstrat de tua sancta gratiosa amorosa & virtuosa voluntate: igitur cum hoc ita sit, qui vult habere perfectum & virtuosum desiderium, sciat praedictas literas ponere alias in aliis, quia per istam artem & modum sciet orare & contemplari suum gloriosum DEUM, & sciet habere complementum & perfectionem rerum quas sua anima desiderat a suo glorioso DEO.

7. c. *Misericors Domine plene pietate & misericordia gratia & benedictione:* Intellectualiter intelligimus, quod quando C. recipit hoc, quod B. demonstrat de A., tunc utatur sua virtute in quantum fruitur ipso A. memorando nobilitatem, quam B. de A. significat: unde quando C. fruitur A. isto modo, statim generat D., ut intelligat fruitionem, quam C. habet in A.; & in illo eodem tempore, quo C. generat D. isto modo;

36 B. Ray. *Lulli Lil. Contēpl. Vol. III.*
do, facit quòd E. ab eò exeat, ut
amet id, quo C. & D. fruuntur in
A.: unde sicut est de tua natura, *Do-
mine*, quòd B. det demonstrationem
de A., ita est de natura ipsius C.;
quòd faciat omnes prædictas res, quan-
do recipit id, quod B. demonstrat
de A.

8. *Juste Domine!* Quando D. re-
cipit demonstrationem quam B. dat
de A., tunc recipit generationem à
C., ut intelligat, & C. memoret A.,
& facit quòd E. ab eò procedat, ut
F. intret in E., & G. in F.; & ut
D. intelligat, & C. memoret, & E.
amet A., ut D. sit occasionatum ad
intelligendum id, quod C. memo-
rat, & quod E. vult de A., & ut D.
sit occasio, ipsi C. memorandi, &
ipsi E. amandi A., secundùm quod
omnes tres literæ poterunt recipere à
B. id, quod demonstrat de A.

9. *Honorate Domine!* Quando E.
recipit perfectionem quam B. demons-
trat de A., tunc est occasionatum
ad

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLII. 57
ad amandum A., & est occasio ipsi
C. ad memorandum & ipsi D. ad in-
telligendum A.; & propterea F. est
in E., & G. in F. secundum quod
E. recipit B.; quia secundum quod
E. recipit B., recipit F., & facit quod
F. recipiat G.; igitur qui vult habe-
re perfectum suum desiderium & su-
am voluntatem, sciat cognoscere if-
tam artem, & sciat occasionare alias
literas cum aliis, ut valde ferventer
& ardenter possit orare & contem-
plari suum honoratum & gloriosum
DEUM.

10. d. *JEsu Christe Domine!* qui es
gloria omnium gloriarum & Dominus
omnium Dominorum. Intellectualiter
intelligimus, quod quando C. non
recipit perfectionem nec nobilitatem
quam B. demonstrat de A., tunc nec
C. sit occasionatum ad memorandum
nec sit occasio ipsi D. ad intelligen-
dum, nec ipsi E. ad amandum A.; &
quia in C. privatur demonstratio,
quam B. facit de A., propterea in-
trat

58 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
trat F. in E., & H. in F., & ideo
E. desiderat cum H., & non habet
qui compleat ci F., eò quòd con-
tineat in se H., & G. non invenia-
tur in cò.

11. *Humilis Domine!* Quando D.
& E. non recipiunt perfectionem,
quam B. demonstrat de A., tunc C.
per illa non est occasionatum ad me-
morandum A., nec D. per C. est
occasionatum ad intelligendum, nec
E. est occasio, nec occasionatur ad
contemplandum A.; quia dummodo
B. non recipiatur ab ulla istarum li-
terarum, nulla earum potest esse alii
occasio orandi & contemplandi A.;
& propterea quotiescunque C. & D.
& E. sunt contra id, quod B. de-
monstrat de A., necessariò oportet,
quòd F. intret in E. cum H. quia na-
tura est ipsius H., quòd intret in F.,
& F. in E., quando C. & D. & E.
sunt contra A. & B.

12. *Gloriose Domine!* Quandoque
accidit, quòd C. & E. recipient B.,
&

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLII. 59
& D. non possit intelligere F., quod C. & E. formant, & quandoque accidit, quòd C. & D. recipiant id, quod B. demonstrat de A., sed E. non amet id, quod C. memorat & D. intelligit: unde quia literæ non convenient insimul ad recipiendum id, quod B. demonstrat de A., propterea G. non potest capi in F., quod est in E., quod G. in eò caperetur, si H. non esset in F., quando F. continet in se ipsum H., quod impedit locum ipsi G. per discordantiam ipsorum C. & D. & E.: igitur cùm hoc ita sit, qui vult orare & contemplari A., sciat omnino ab E. extrahere F., quod in se continet H., & sciat in E. ponere F., quod in se continet G., perfectè objectando H. ipsis C. & D. & E.

13. c. *O liberalis Domine! qui das tot hominibus qui nihil à Te petunt, & qui exaudis tot homines, qui Te amant.* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus, quòd culpa & pec-

60 *B. Ray. Lulli Lib. Contē.pl Vol.III.*
peccatum impedian C. in memoran-
do , & D. in intelligendo , & E. in
volendo id , quod B. demonstrat de
A. , & per talc impedimentum intret
F. in E. , & H. in F. , ratione cu-
jus introitūs H. ab F. ejicit G. quod
erat in cò antequam peccatum & cul-
pa impedirent C. in memorando ,
& D. in intelligendo , & E. in aman-
do id , quod B. demonstrat de A. ,
& ratione exitūs ipsius G. ab F. , & per
introitūm ipsius H. in F. multoties ac-
cidit quod C. putet memorare id ,
quod obliviscitur , & D. putet intel-
ligere id , quod ignorat , & E. putet
amare id , quod disamat in A.

14. Unde per hanc fraudem &
deceptionem , quæ fit in C. & D. &
E. , *Domine* , còquòd F. non conti-
neat in sc G. , & contineat H. , anima
hominis desiderat multas & diversas
res , & modò amat unam rem , modò
aliā , modò habet unam , modò re-
linquit eam , & vult aliā , & non
amat nec consequitur tot res illarum ,
quas

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXII. 61
quas amat, quòd possit compiere F.,
quamdiu H. est in eò, quia H. ha-
bet naturam, quòd quòd plús F. desi-
derat plures res habendo H. in se,
eò plús sit vanum & vacuum & de-
fectuosum in hoc, quod petit; eò
quòd sicut G. habet naturam com-
plendi F., ita H. habeat naturam e-
vacuandi illud.

15. *Gloriose Domine!* Sicut parvu-
lus, qui sc̄ aspicit in speculo, non
recordatur sux figura videndo eam in
speculo, & putat ipsam esse alterius
parvuli, & per speculum non scit
memorare nec intelligere sc̄ ipsum,
nec suam figuram, ita quando pec-
catum & culpa cadit in hominem,
tunc F. intrat in C., & H. in F.;
& per hunc introitum C. oblitisci-
tur ipsius A., & D. ignorat illud,
& E. amat contra A., & propterea
C. memorat, & D. intelligit, & E.
amat contra A., ratione cuius con-
trarietatis F. & H. formantur in E.
& quòd plús F. crescit eò majus est
H.,

62 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
H., & quò majus est H., cò plus G.
fugit ab F., & propterea sequitur in
hominibus peccatoribus quòd quò
magis sunt peccatores eò plures res
desiderent, & eò minus possint com-
plete & satiare suam animam rebus
desideratis.

16. f. *Memorator Domine tuorum a-*
matorum, & tuorum honoratorum! Si-
cut sensualiter fit magna conjunctio
& unio inter materiam & formam,
ita, & adhuc multò melius intellec-
tualiter fit magna conjunctio & unio
inter C. & D. & E.; & sicut forma
alteratur in colore vel in dissolutione
vel in corruptione, quam primū
corrumpitur suum subjectum ad pri-
vandum formam actualē & ad ge-
nerandum formam potentiale, ita
C. multoties memorat, & D. intel-
ligit A & id quod B. de eò signi-
ficat; sed quia E. amat aliud contra
id, quod C. memorat, & D. intel-
ligit de A., propterea corrumputur
C. & D. in corruptione ipsius E.,
quo-

quoniam C. & D. & E. sunt res a-
deò unitæ & conjunctæ in *esse* uni-
us substantiæ intellectualis, quòd ne-
cessariò oporteat omnes tres habere
æquale præmium boni vel mali.

17. *Juste Domine!* si ita esset, quòd
H. non intraret in C. & D., quan-
do memoria memorat & intellectus
intelligit A., & E. amat contra A.,
demonstraretur ipsi D., quòd E. pu-
niretur sine C. & D., & verò C. &
D. præmiarentur sine E., quæ demons-
tratio est impossibilis in D.; nam C.
& D. quàm primùm fruuntur ipso A,
statim habent occasionem dirigendi.
E. ad fruitionem ipsius A., & E.
sine C. & D. non potest aliquid velle
contra A., & propterea oportet, quòd
omnes tres simul habeant præmium
vel pœnam, & quod H. vel G. sit
in omnibus tribus, quia nec H. nec
G. possent intrare nec capi in uno
sine aliis duobus, nec in duabus sine
uno; quoniam sicut materia non pos-
set continere colorem sine forma, ita

una

64 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
una trium potentiarum animæ sine a-
liis non posset continere H. nec G.
18. Igitur cùm hoc ita sit, quàm
primùm C. & D. ejiciunt H. à se ip-
sis, necessarió oportet, quód illud
ejicient ab E., & oportet, quód G.
sit in C., & D. in E.; & quàm pri-
mùm E. ejicit H. à se, necessarió o-
portet, quód illud ejiciat à C. & D.,
& in eis ponat G.; & quam primùm
C. & D. ejiciunt à se ipsis G., o-
portet quód illud ejicient ab E., &
quód H. sit in omnibus tribus, &
hoc idem sequitur de E.: igitur quan-
do C. & D. recipiunt à B. id, quod
demonstrat de A., & E. habet in se
F. & H., tunc ipsum H. plùs est in
C. & D. & E., quàm esset si C. &
D. & E. nihil reciperent à B.; quia
quó plùs C. & D. recipiunt à B., &
non ejiciunt H. ab F. ipsius E., eo
plùs sunt in culpa, & eo plus faci-
unt contra conscientiam, & eo plus
E. amat contra B. & A.

19. *Domine! Qui facis amorem
esse.*

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLII. 65
esse rem meliorem, & contrarium ipsius esse rem pejorem omni alia re in *Creatura*. Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus materiam elementalem desiderare & inquirere formam perfectam, quam habebat per gratiam antequam Adam peccaret, & propterea nocte & die non cessare a desiderando & inquirendo illam formam in vegetabilibus & in animalibus & in metallis, & ad hunc finem generare & corrumpere formas; coquòd postquam generavit & complevit unam formam, inveniat eam non habere illam perfectionem, quam antea habebat, & ideo statim corrumpit eam, & inquirit aliam, ut veniat ad perfectam formam, quam habebat antequam esset peccatum.

20. *Amoroſe Domine!* Sicut materia corporalis elementalis inquirendo formam perfectam, quam antea habere solebar, corrumpit formam, quam habet, ita materia corporalis firmamenti corrumperet suam formam,

E

mam,

66 B. Ray. *Lulli Lil. Contēpl. Vol. III.*
mam , si Adam esset ex materia ipsius; quia sicut omnia vegetabilia & animalia & metalla corrumpuntur per peccatum , eo quod peccaverit ille, qui eis erat similis in materia , ita corrumperentur corpora cœlestia , si Adam esset creatus ex materia ipsorum; & quia firmamentum non corrumperetur in forma , significatur , quod Adam non fuerit creatus ex materia simili materiæ firmamenti : Igitur cum hoc ita sit , *Domine* , per talem sensualitatem intelligit humanus intellectus desiderium intellectuale, quod anima habet recuperandi suam perfectionem , quam perdidit per peccatum Originale , & per corruptionem corporis ; quia si Adam non peccasset , anima semper haberet actualiter sine ulla cessatione C. & D. & E. recipiendo id , quod B. demonstrat de A. ; sed quia potentia liter potest ignorare & oblivisci & disamare id, quod B. demonstrat de A. , & quia forma potentialis multoties

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLII. 67
toties & plerumque venit in actum,
propterea intrat H. in C., & D. &
E., & idcò F. non potest in hoc
mundo perfecte habere G. quousque
C. & D. & E. actualiter & non po-
tentialiter habeant G. in F. fruendo
continuò ipsis A. & B.

21. *Virtuose Domine!* Sicut sen-
sualiter est naturale aeri, qui est in
utre pleno vento in fundo maris,
ascendere sursum, ita intellectuali-
ter est naturale animæ hominis me-
morare & intelligere & amare suum
Creatorem; sed sicut ute stric-
tè stat firmus in fundo maris, &
non potest uti sua naturâ, ita ani-
ma accidentaliter per corruptionem
corporis non semper potest habere
suas virtutes in actu, duni est in
corpore; & quia potentia est ante
actualitatem, propterea anima non
potest uti sua virtute sine adjutorio
corporis; & quia corpus, *Domine*,
non sufficit animæ, ut per ipsum
semper fruatur Te, propterea anima
desi.

68 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
desiderat G. quod est in F. , quando anima est conjuncta cum corpore glorificato , per quod G. potest continuò habere C. & D. & E. ad hoc , quod B. demonstrat de A.

22. h. O Domine DEUS ! qui amas omnes illos , qui se humiliant tuis mandatis. Sicut est naturale , quod ignis & aér descendentes deorsum in motu nivis desiderent motum sursum , ita est naturale , quod C. desideret memorare A. , quando illud obliviscitur & D. desideret intelligere A. , quando illud ignorat , & E. desideret amare A. , quando illud non amat ; sed quia anima est conjuncta cum corpore non potest F. accidentaliter formari in C. quod obliviscitur , & in D. , quod ignorat , & in E. , quod non amat , sicut in igne & aère non potest formari desiderium se movendi sursum quod sit in C. & D. & E. , quia ignis & aér , qui sunt compositi in nive cum aqua & terra carent ipsis C. & D. & E.

23. Un-

23. Unde sicut ignis & aér mo-
ventur deorsum contra suum cursum
naturalem, ita, *Domine*, anima ho-
minis Te obliviscitur & ignorat &
disamat contra suam naturam; quia
si per suammet naturam Te oblivis-
ceretur & ignoraret & disamaret,
non esset sua culpa, imo esset culpa
Creatoris, qui talem naturam ei de-
disset, quod est impossibile, per quam
impossibilitatem significatur & de-
monstratur, quòd H. non intret in
F., nec F. in E. per naturam, quam
C. & D. & E. receperunt per do-
num gratiæ ab ipso A.: igitur cùm
hoc ita sit, propterea anima in na-
tura, quam habet substantialiter,
desiderat habere santidadem & frui-
tionem recipiendo cum C. & D. &
E. id, quod B. demonstrat de A.

24. Igitur benedictus sis, *Domi-
ne DEUS*, quia sicut homo infirmus
vult & desiderat comedere res con-
trarias sanitati, ita C. & D. & E.
faciunt contra suam naturam, quan-
do

70 B. Ray. *Lulli Lib. Contē. pl Vol. III.*
do F. est in E. cum H.; & sicut na-
tura corporis in homine infirmo pug-
nat contra infirmitatem corporalem,
& C. & D. & E, non sunt in illa
pugna naturæ pugnantis contra in-
firmitatem, quando C. & E. habent
F. cum H., quod est contra sanita-
tem, ita natura ipsorum C. & D. &
E., quando F. cum H. est in eis,
pugnat cum G. contra H.; sed sicut
infirmitas quandoque est adeò mag-
na, quòd vincat & superet naturam
& ordinatam dispositionem corporis
& complexionum ipsius, ita C. & D.
& E. vincuntur in sua natura, quod
in ea non possint esse in actu, eo
quòd figura ipsorum sit accidenta-
liter alterata per H. & F., sicut hu-
mores qui de generatione alterantur
in corruptionem.

15. i. *Excellens Domine in virtute*
& nobilitate! Sicut materia facit con-
tra id, quod desiderat in hoc, quòd
corrumpat formam quæ cam demonstrat,
& si ipsa vult demonstrari, &
cor-

Lib. V. Diff. XL. Cap. CCCXLII. 71
corrumpt id, quod eam demonstrat, ita quando C. & D. & E. ponunt H, in F., faciunt contra F. & G., & propterea anima hominis desiderat & vult habere perfectionem cum H. quam deberet desiderare cum G., & desiderat habere id, quod vult habere cum eo, quod non vult velle.

26. Unde benedictus sis, *Domi-ne DEUS*, quia sicut materia corporalis duabus inquisitionibus, quæ sunt generatio & corruptio, inquirit perfectam formam, per quam vult demonstrari, ita materia intellectualis animæ inquirit perfectam formam ipsius F. duabus inquisitionibus intellectualibus, quæ sunt amor & odium, & sicut materia corporalis generat quasdam formas, & corrumpt alias, ut possit invenire perfectam formam quam desiderat, ita anima amat quasdam res & odit alias, ut possit venire ad id, quod desi-

72 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III,*
desiderat: Igitur sicut materia cor-
poralis errat, quando destruit unam
formam per corruptionem, & gene-
rat aliam per generationem, & non
invenit nec potest invenire id, quod
quærit, ita anima errat, quando odit
id, per quod potest invenire, quod
desiderat, & quando amat id, quod
non potest ipsam juvare ad conse-
quendum hoc, quod desiderat.

23. *Divine Domine!* Sicut ele-
mentalis materia haberet formam
quam desiderat, si non corrumpe-
ret formam quam habet, & conser-
varet eam in uno & eodem statu
sine generatione & corruptione; ita
anima haberet perfectam formam in
suo memorare intelligere & velle,
si non poneret H. in F., quando
C. & D. & E. sunt contra id, quod
B. demonstrat de A.; sed sicut ele-
mentalis materia non potest conser-
vare formam ratione inordinationis,
in quam cecidit accidentaliter per
peccatum, ita C. & D. & E. non
pos-

Lib.V. Diff. XL. Cap. CCCXLII. 73
possunt habere G. in F., eò puòd
plus tractent & negotientur, quòd
in ipso F. sit H.; quàm quòd in eo
sit G,

28. k. *Magne Domine super omnes magnitudines! à quo descendunt omnes beatitudines.* Tuus servus & tuus subditus, *Domine*, in præsentia tui gloriosi Altaris Te orat & contemplatur, & tibi facit reverentiam & honorem, & petit à Te perfectum desiderium, quod est in gloria, in qua H. non est potentialiter ante F. propter complementum & actualitatem continuam sine ulla cæssatione, quam habet G. in ipso F., ut C. non possit oblivisci, nec D. ignorare, nec E. cessare ab amando A. & B.

29. *Gloriose Domine!* Quia B. demonstrat id, quod A. vult esse perfectionem ipsius F., quod est in E. cum G., & id quod A. non vult esse defectum sive imperfectionem, quæ intrat in F., quod ejicit G. à se,

74 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
se, propterea tuus servus dat totam
suam voluntatem ipsi A. ad volen-
dum quidquid ipsum vult; & si tua
Voluntas, *Domine*, vult, quod tuus
servus sit pauper & contemptus, &
occidatur in hoc mundo, voluntas
tui servi vult, quidquid tua Volun-
tas vult; quia si sua voluntas vult
esse perfecta in volendo, necessariō
oportet, quod velit quidquid tua
Voluntas vult, ne in eam possit in-
trare H., quod semper & sine fine
facit hominem velle id, quod C.
infinītē memorat, & D in finitē in-
telligit se non posse consequi nec
habere.

30. *Cælestis Domine!* Quando D.
intelligit, quod E. tui servi velit di-
vitias & honorem & vitam in hoc
mundo, dummodo idem velit tua
voluntas, tunc C. memorat per ta-
le velle G. posse intrare in F. ita be-
nè, sicut per velle mala & labores
& solicitudines, quas tua Voluntas
velit hominem habere pro Te in hoc
mun-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIII. 75
mundo; sed quando D. intelligit,
quòd E. tui servi plùs vellet tuam
Voluntatem velle, quòd tuus servus
haberet in hoc mundo honoratio-
nem & divitias, & longam vitam
serviendo tibi, quam paupertatem
& labores, tormenta & mortem pro
tuo amore, tunc C. memorat, quòd
H. accedat ad F., còquòd E. plùs
amareret hoc, quod tua voluntas vult,
tuum servum habere prosperitates in
hoc mundo ad serviendum tibi,
quam labores & adversitates ad ho-
norandum & laudandum suum glo-
riosum DEUM.

CAPUT CCCLXIII.

*Quomodo homo oret & contempletur
& precetur nostrum gloriosum DE-
UM, ut ei det gloriam Pa-
radisi.*

i. **D**EUS liberalis virtuose! qui be-
a. **D**eneficias Justos & peccatores.
Qui

76 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
Qui vult orare & contemplari Te,
Domine, ut ei des cœlestem gloriam
Paradisi, oportet, quòd sciat cog-
noscere & precari Te, & sciat cog-
noscere id, quod à Te petit; & ut
habeat hanc cognitionem, oportet,
quòd faciat figuræ sensuales, per
quas possit elevare suum intellectum
ad res intellectuales, cum quibus
possit habere cognitionem de præ-
dictis rebus.

2. Igitur cùm hoc ita sit, *Do-
mine*, propterea nos, qui à Te pe-
timus gloriam & benedictionem,
ponimus & figuramus, quòd sit.

A. DEUS.

B. significatio ipsius A.

C. Paradisus.

D. significatio ipsius C.

E. intellectus, qui debet intellige-
re artem & modum secundùm quem
homo debeat à Te petere Paradisum,
& secundum quem ipsum debeas dare
illis, qui ipsum à Te petunt.

3. Unde qui vult babere cœles-
tem

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIII. 77
tem gloriam, *Domine*, sciat habere cognitionem de ista arte, per quam homo potest orare contemplari & cognoscere Te tali modo, quod digne Te oret & contempletur, & precetur, ut à Te recipiat gloriam gratiam & benedictionem; quia quando homo scit & vult recipere B. & D., tunc scit Te orare & contemplari, cognoscere & precari & amare, & E. scit intelligere modum & rationem, propter quam A. dat C. omnibus illis, qui sciunt & volunt recipere B. & D.

4. b. *O Domine Gloriose DEUS! qui memoras memorantes Te, & honoras honorantes Te.* Intellectualiter intelligimus, quod B. det ipsi E. demonstrationem de magna perfectione, quam habet A. in Potestate & Sapientia, in Voluntate Justitia & Misericordia, in Humilitate Patientia & aliis Virtutibus; & intellectualiter intelligimus, quod D. det ipsi E. significationem & demonstrationem de magna

78 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
magna perfectione & gloria de magna ordinatione & beatitudine, quæ sunt in C.

5. *Gloriose Domine!* finalis ratio, propter quam B. significat & demonstrat ipsi E. Perfectionem, quæ est in A., & propter quam D. ei significat perfectionem, quæ est in C., est ut habeamus cognitionem de Creadore, & petamus ab eo, ut nostra memoria se moveat ad memorandum, & intellectus ad intelligendum, & voluntas ad amandum A., ut in perpetua beatitudine quæ est in C. homo oret & contempletur A. tali modo, quod ipsum habeat rationem eidandi gloriam & benedictionem sine fine.

6. *Gloriose Domine!* sicut forma maris quo ad se ipsam demonstrat suam materiam in majori quantitate, quam virtus visiva possit comprehendere, ita & adhuc multò melius sine omni comparatione B. demonstrat A., & D. demonstrat ipsum

Lib. V. Dist. LX. Cap. CCCXLIII. 79
sum C. esse majora quām E. possit
comprehendere; quia quantò A. &
C. sunt majora quām E., tantò B.
demonstrat A., & D. demonstrat C.
esse majora, quām E. possit intelli-
gere: igitur sicut E. intelligit mare
esse majus quām sit repræsentatio,
quam ipsum facit de se visui corpo-
rali, ita ipsum E. intelligit A. & C.
esse multò majora sine omni com-
paratione, quām sit demonstratio,
quam B. & D. dant de A. & C. hu-
mano intellectui ad intelligendum,
memoriæ ad memorandum, & vo-
luntati ad amandum.

7. c. *Sanctificate Domine! Plene a-*
deō magno amore, quod facias ama-
re vigilare & plorare multos fideles
amatores. Si ita esset, quod B. da-
ret ipsi E. aliquam demonstrationem
demonstrantem in A. esse ullum de-
fectum, necessariò oporteret, quod
D. significaret & demonstraret ipsi
E. aliquem defectum in C.; quia si
A. habet aliquem defectum C. quod
est.

80 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
est datum ab A., non potest habere completam perfectionem; & si ita esset, quod D. significaret aliquem defectum in C. necessariò oporteret, quòd B. demonstraret aliquem defectum in A., eo quòd non dedisset perfectionēm ipsi C.

8. Igitur cùm hoc ita sit, *Domine*, propterea E. proponit inquirere an poterit intelligere omnem perfectionem, vel aliquem defectum in C., ut per hanc inquisitionem melius possit cognoscere A. & C., & melius movere memoriam ad memorandum, & voluntatem ad amandum ipsa A. & C., per quam majorem memorationem & amorem ipsum E. possit melius intelligere A. & C., ut homo oret & contempleret A. cum valde magna memoria & valde virtuosa intelligentia & valde ferventi voluntate.

9. *Excellens gloriose Domine!* quia homines in hoc mundo habent contrarias opiniones de C., ita quòd quidam

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIII. 81
dam Judæi dicant hominem in Para-
diso non habiturum gloriam sensua-
lem , & alii dicant in eo solas ani-
mas esse futuras , & homines non
esse resuscitandos, omnes verò Chris-
tiani dicant animas in Paradiso esse
habituras gloriam intellectualem in
tua Deitate , & corpora habitura
gloriam sensualem in tua humana
Natura unita cum Deitate , & Sara-
ceni dicant & afirment in Paradiso
esse fluvios vini & olei & lactis &
butyri & aquæ , & homines esse bi-
bituros ex eis & habituros varietati-
tes ciborum , & vestimentorum &
palatiorum & camrarum , & ibi es-
se multas fœminas cum quibus co-
habitabunt , & plures alias res sen-
suales , *propterea , Domine , volumus*
& proponimus inquirere secundum quam
harum opinionum D. det majorem de-
demonstrationem de perfectione ipsius C.,
ut per demonstrationem quam D. fa-
ciet ipsi E. de C. , melius possimus cog-
noscere id , quod B. demonstrat de A.

F

IO. d.

32 B. Ray. *Lulli Lil. Contēpl. Vol. III.*
10. d. *Domine magne in dominio & in honoratione & honore!* Intellectua-
liter intelligimus, quòd si verum
esset, non esse futuram resurrectio-
nem, ut dicunt quidam Judæi, D.
significaret ipsi E. esse defectum in
C.; & si ita esset B. demonstraret
ipsi E. esse defectum in A.; & si
verum esset, quòd alii Judæi dicunt
resurrectionem quidem esse futuram,
sed non gloriam sensualem, B. de-
monstraret defectum justitiae in A., & D.
demonstraret defectum in C., eo quòd
corpus non haberet præmium in C.:
unde cùm sit impossibile, quòd B.
demonstraret ipsi E. defectum in A.,
etiam est impossibile, quòd D. de-
monstraret defectum in C.: Igitur per
hanc impossibilitatem demonstratam
per B. & D. demonstratur & signi-
ficatur opinionem, quam Judæi ha-
bent de C. esse falsam & contrariam
veritati & tuis perfectis virtutibus.

11. *Sanctificate Domine!* si esset
verum quod Saraceni credunt de Pa-
radiso

Zib. V. Dist. LX. Cap. CCCXLIII. 3;
radiso scilicet quod homines in eo
comedent & bibent & habebunt fo-
minas, tunc D. demonstraret ipsi E.
defectum esse in C., eo quod in eo
esset tempus præsens & præteritum
& futurum ratione generationis &
corruptionis formarum potentialium
& actualium, quæ essent in C., si
ibidem prædictæ res essent futuræ; &
si D. demonstraret defectum in C.,
demonstraret B. ipsi E. defectum in
A., quod non ordinasset nec perfe-
cisset C., nec haberet perfectionem,
per quam posset glorificare homi-
nem ex sua virtute sine cibo & po-
tu & fœminis; & si esset possibile,
quod B. demonstraret defectum in A.,
& D. in C., esset possibile, quod E.
posset intelligere defectum in A. &
C.; & si E. haberet naturam & pro-
prietatem, per quam posset intelli-
gere defectum in Te, & in tuo ope-
re, *Domine*, creasses E. ad intelli-
gendum contra Te & tuum opus; &
si ita esset, quod E. esset creatum
con-

84 B.Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
contra Te & tuum opus , similiter
essent creatæ memoria & voluntas,
quod est impossibile.

12. *Gloriose Domine!* sensualiter sen-
timus & intellectualiter intelligimus
voluntatem hominis non posse ha-
bere satietatem quamdiu tale corpus
ipsi est sujectum , quod corruptitur
& vivificatur per receptionem vic-
tualium alterabilium de actu in po-
tentiam & de potentia in actum per
generationem & corruptionem: Igi-
tur cùm hoc ita sit , propterea D.
demonstrat ipsi E., quod C. quale
Saraceni credunt , non posset suffi-
cere ad satiandum voluntatem ho-
minis ; & si voluntas in C. non ha-
beret istam satietatem , oportet ,
quod E. intelligeret in voluntate &
memoria & in se defectum , & si E.
& voluntas & memoria non haberent
perfectionem & complementum nec
in hoc mundo nec in alio , B. de-
monstraret ipsi E. in A. non esse per-
fectionem , eo quòd non creasset ani-
mam

Lib.V. Dist. XL. Cap. CCCXLIII. 35
nam. hominis ad possidendum perfectam beatitudinem , quod est impossibile , quæ impossibilitas demonstratur ipsi E. per B. & D. quòd opinio quam Saraceni habent de C. sit falsa & contraria significationi quam B. dat de A., & D. de C.

13. c. *Excellens Domine super omnes altitudines , honorate super omnes honoraciones!* Intellectualiter intelligimus , quòd si in Paradiso essent cibus & potus , & cohabitatio virorum & fœminarum , D. demonstraret ipsi E. in C. esse plus gloriæ sensualis quam intellectualis ; quia corpus esset adeò occupatum & abundans in comedendo & bibendo modò hæc modò alia victualia , & in coabitando modò cum una , modò cum alia fœmina , quòd anima non posset habere tempus nec deliberationem , ut reciperet gloriam in se ipsa ratione continuæ occupationis , quam haberet in memorando intelligentendo & volendo diversitatem vic-tua-

§6 B. Ray. *Lulli Lib. Contpēl. Vol. III.*
tualium fœminarum & aliarum rerum
sensualium, ex quibus corpus vellet
habere gloriam.

14. Unde cum sensualiter sentia-
mus & intellectualiter intelligamus,
Domine, animam esse nobilioris na-
turæ quam corpus, per hoc D. signi-
ficat ipsi E., quod majorē glorian^m
habebit in C., quam corpus; & si
hoc non esset ita, B. demonstraret ipsi
E. defectum Justitiæ & Sapientiæ in A.;
igitur cùm B. non demonstraret defec-
tum in A, nec D. in C., nec E.
possit intelligere ullum defectum in
ipso A., per hoc B. & D. demons-
trant ipsi E., quod C. quale Sar-
ceni credunt non sit verum, nec de-
monstratum per B., nec per D., imo
sit ipsi E. falsò significatum & fal-
sò figuratum per falsam opinionem
falsæ memoriae & voluntatis.

15. *Juste Domine!* Sensualiter sen-
timus & intellectualiter intelligimus
animam esse in hoc mundo perfec-
tionem & complemenutum corpo-
ris,

ris , & corpus esse adeò corruptum
& adeò contrarium animæ , quòd
per ipsum anima sit accidentaliter
occasionata ad faciendum peccata
& ad inobedientum suo Creatori:
Igitur si continget , quòd corpus
hominis in Paradiso haberet gloriam
per multitudinem delectationum sen-
sualium ; & anima per hanc multitu-
dinem gloriæ sensualiis impeditur
in habendo gloriam intellectualem ,
tunc anima foret injuriata à corpo-
re in hoc & in alio mundo , & si
ita esset , sequeretur , quòd D. de-
monstraret defectum in C. , & B. in
A. , per quem significaretur ipsi E. ,
quòd res , quæ est melior & nobi-
lior in virtute , haberet minùs per-
fectionis in C. ; & si ita esset , sig-
nificaretur , quod creatura posset ha-
bere plus perfectionis , quàm suus
Creator.

16. f. *Creator Domine recreationis*
in Creatura! Intellectualiter intel-
leximus B. & D. significare talem
glo-

38 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
gioriam non esse in C., qualem Sa-
raceni dicunt; & dum E. hoc intel-
ligit, tunc considerat, an in C. erit
gloria sensualis vel non, & quando
E. isto modo considerat, tunc B. ei
demonstrat in A. Justitiam & Potes-
tatem, Sapientiam & Perfectionem;
& per hanc demonstrationem D. de-
monstrat ipsi E., quod in C. erit
gloria sensualis, quia aliter B. non
posset demonstrare in A. esse Justi-
am & Sapientiam & alias virtutes.

17. Dum E., *Domine*, stat in hac
perplexitate, & non audet nec potest
afirmare in C. gloriam sensualem,
quam Saraceni credunt, nec etiam
audet omnino negare in Paradiso glo-
riam sensualem, tunc B. ei demons-
trat in A. adçò magnam virtutem
Humilitatis & Justitiæ, Misericordiæ
& Potestatis, Sapientiæ & amoris,
quod per hanc demonstrationem D.
significet in C. gloriam sensualem
provenientem ex natura Creatoris u-
nitâ cum natura creaturæ, ut Crea-
tor

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIII. 89
tor per influentiam suæ virtutis det-
tantam virtutem uni créaturæ, quòd
omnes créaturæ sensuales, quæ sunt
& erunt in C., possint ab ea reci-
pere gloriam sensualem, & ut B. pos-
sit demonstrare ipsi E. perfectionem
virtutum quæ sunt in A.

18. *Gratiosè Domine!* Dum E. reci-
pit B. & D. concordanter in C., tunc
inquirit in memoria, quæ memorat
quòd sicut corpus frigidum recipit ca-
lorem per propinquitatem & conjunc-
tionem cum corpore calido, ita & a-
duch multò meliùs sine omni compa-
ratione in conjunctione & unione Crea-
toris & cœcaruræ per magnam influ-
entiam virtutis Creatoris transcat tan-
ta virtus in creaturam, quòd illa so-
la créatura possit dare gloriam &
benedictionem sensualem omnibus
creaturis, quæ in gloria eam vident
& audiunt & memorant & intelli-
gunt & amant, & dum E. invenit
in memoria omnes istas res, tunc
intelligit gloriam sensualem, quæ erit
in

90 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
in C. significatam & demonstratam
per B. & D.

19. g. *O Domine! Qui incitasti me-
am memoriam ad Te memorandum, ut
meus intellectus Te intelligas, & mea
voluntas in amoreetur erga tuas hono-
rationes.* Intellectualaer intelligimus,
quòd quando homo habet cognitio-
nem de eo, quòd B. demonstrat de
A., & D. de C., tunc cognoscat
C.: Igitur quando homo amat &
vult habere id, quod cognoscit esse
in C., tunc Te orat & à Te petit,
ut ci des in C. id, quod est in ip-
so, scilicet cœlestem gloriam; sed
quando homo non vult nec scit re-
cipere, quod B. demonstrat de A.,
& D. de C., & desiderat id, quod
non est in C. putando illud esse in
ipso, tunc non petit C. imo petit ali-
am rem, quæ non est in C., & est
sicut qui petit stannum putando pe-
tere argentum.

20. *Juste Domine!* Quando E. re-
cipit demonstrationes quas dant B.
&

Lib.V. Dist. XL. Cap. CCCXLIII. 91
& D., tunc intelligit, si homo iret
ad C. petendo á Te res Contrarias ip-
si E, & si homo habendo falsam opini-
onem & petendo oppositum ipsius C.
perveniret ad C., fieret injuria illis,
qui vadunt ad C. petendo gloriam
& non intelligendo habere gloriam
à rebus contrariis quæ non sunt in
C.

21. *Gloriose Domine!* Sicut homo
qui somniat se habere in manu au-
rum vel argentum, habet somnum
contrarium veritati, & quando evi-
gilat invenit suum somnium va-
num, cò quod non inveniat in suis
manibus, quod somniabat, ita qui
Te precantur, ut eis des in paradis-
so, quod non est in ipso, faciunt
orationem contrarium veritati: Igi-
tur si Tu, *Domine*, dares id, quod
est verum orantibus contraria veri-
tatis, B. demonstraret defectum in A.,
& D. in C. ratione cuius defectus E.
non posset intelligere perfectionem
in A. & C., & intelligeret in eis
defec-

92 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III*
defectum & hoc est impossibile, sci-
licet quod creatura possit de suo Cre-
atore intelligere oppositum causæ
finalis propter quam ipse creaturam
creavit.

22. h. *O Domine DEUS ! Qui per
bona opera beatificas tuos servos ad
perdurabiles beatitudines.* Sensualiter
sentimus & intellectualiter intelligi-
mus multos homines esse in hoc mun-
do, qui Te orant & à Te petunt,
ut ipsis des honorationes & divitias,
longam vitam & proles & alias res
hujus mundi, & omnes istas res pe-
tunt à Te, ut possit habere delec-
tationes & placita & vanam glori-
am mundanam: Unde dum illi hæc
à Te petunt, D. demonstrat ipsi E.,
quod non petant C.; quia, si pe-
tendo delectationes hujus mundi &
vanam gloriam mundanam, homo
peteret C., D. demonstraret defec-
tum in ipso C. ratione defectuum,
qui sunt in rebus mundanis petitis &
amatis ab hominibus vani-gloriosis.

23. Ve-

23. *Vere Domine!* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus multos homines in hoc mundo petere à Te Paradisum orationibus & contemplationibus, jejunii & afflictionibus, peregrinationibus & pœnitentiis, eleemosynis & humilitate, patientia & charitate, veritate & fidelitate, honestate & castitate, religione & multis aliis virtutibus; & propterea esse multos homines virtuosos & pauperes in hoc mundo, qui contemnuntur & torquentur pro tuo amore, & quando ipsi à Te petunt Paradisum omnibus prædictis rebus contemnendo vanitates mundanas, tunc B. demonstrat A. ipsi E., & D. demonstrat C. prædictis hominibus, ut ipsorum E. per demonstrationem quam ei faciunt B. & D. intelligat, quòd habebunt C., & quòd habent istum mundum, in quo labores sunt eis placentes, cò quòd B. eis demonstret A., & D. eis demonstret C.

24. Unde gloria & benedictio sit
Tibi, Domine DEUS, & omni, quod
tuum est; quia sicut amatus dulci-
us & ferventiū intrat in memori-
am intellectum & voluntatem ami-
ci, quando amicus pro eo habet la-
bores & solicitudines, quām quan-
do habet placita & prosperitates &
delectationes rerum quas amat, ita
homines amantes Paradisum dulcius
& delectabilius habent placita hujus
mundi, quando plorant sua peccata
& faciunt pœnitentiam & sufferunt
labores & mortem pro amore Tuī,
quām illi qui amant delectationes hu-
jes mundi plūs quām Te & C.; &
totum hoc evenit eis propter mag-
nam demonstrationem, quam B. dat
de A., & D. de C. ipsi E.

25. i. Domine DEUS! Qui per sanc-
tam recreationem direxisti tuum Po-
pulum ad benedictionem. Sensualiter
sentimus & intellectualiter intelli-
gimus multos esse homines, qui
à Te petunt Paradisum plūs propter
timq.

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIII. 95
timorem pœnarum infernalium, quām
propter placita & glorias Paradisi,
& per hoc B. demonstrat ipsi E.,
quòd ipsi plús timeant pœnas infer-
ni, quām ament A., & D. demons-
trat ipsi E., quòd plús timeant ma-
lum, quām ament C.: igitur cùm B.
demonstret ipsi E., quòd A. sit su-
prenum Bonum, & D. demonstret
ei, quòd homines prædicti à Te non
petant C., quia si ipsum à Te pe-
terent, *Domine* & Tu ipsum eis da-
res modo quo à Te petunt, B. de-
monstraret defectum in A., & D.
in C.; eò quòd homo haberet Para-
disum, timendo plús infernum quam
amando A., & ipsum C.; cùm A.
& C. sint multò majora in bono si-
nè omni comparatione quām infer-
nus in malo.

26. *Juste Domine!* Sensualiter sen-
timus & intellectualiter intelligimus
multos esse homines, qui à Te pe-
tunt Paradisum primâ intentione qua-
mant se ipsos, & secundâ, qua a-
mant

96 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
mant Te: & dum ipsi faciunt hanc
inordinatam orationem , B. demons-
trat A. ipsi E. , & D. ei demonstrat,
quòd illi non petant C. ; quia si C.
peterent modo quo debent, ama-
rent Te primâ intentione & se, secun-
dâ ; quoniam quantò , *Domine* , es
melior ipsis , tantò es dignior ama-
ri prima intentione : Igitur si dares
C. illis qui Te amant secunda inten-
tione , B. demonstraret defectum in
A. & D. in C. , quod est impossi-
bile.

27. *Humilis Domine!* quando ho-
mines qui habent cognitionem de A.
& de C. , amant Te primâ intentio-
ne & se, secundâ , & orant & pre-
cantur Te , ut eis des cœlestem glo-
riam Paradisi , tunc B. & D. demons-
trant ipsi E. , quòd illi petant C. &
illud habebunt , eò quòd memorent
& intelligant & ament modum se-
cundùm quem ipsum datur ; & si A.
non daret C. illis qui ordinate illud
petunt sequeretur , quòd B. demons-
traret

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIII. 97
traret defectum in A. & D. demonstraret defectum in C., quod est impossibile, per quam impossibilitatem demonstratur ipsi E. per B. & D., quod omnis homo habebit C., qui amat & cognoscit Te prima intentione, & se secundâ.

28. k. *O Domine! qui meam memoriā facis servam & subditam ad memorandum tuas honorationes.* Intellectualiter intelligimus quod quanto majoribus ploratibus & majoribus laboribus & majori fervore & diligentia homo precatur & petit aliquam rem, tanto magis demonstretur nobilitas rei petitæ: Igitur quia tuxē sanctæ Humanitati glorioſæ & Apostolis & aliis Martyribus B. adeo demonstravit nobilitatem in A., & D. in C., propterea ipsi petiverunt C. multis ploratibus & langoribus & gravi morte angustiosa; & quanto Tu & Apostoli & Martyres estis plūs honorati in gloria, tanto melius D. demonstrat, quod homo debeat plūs

G

pete-

98 B. Ray. *Lulli Lil. Con templ. Vol. III.*
petere C. ploratibus & doloribus &
morte, quam sustineat pro tuo amo-
re, quám delicatis vietualibus & pul-
chris ornamentiſ & dominiis & de-
lectionibus hujus vanæ & munda-
næ vitæ.

29. *Spiritualis Domine!* sensuali-
ter sentimus & intellectualiter in-
telligimus multos esse homines, qui
putant habere Paradisum benè co-
medendo & bibendo & benè equi-
tando & induendo & quiescendo &
habendo multas delectationes & ho-
norationes hujus mundi; & quando
intellectus recipit id, quod B. de-
monstrat de A., & D. de C., & in-
telligit modum prædictum, per quem
homo per viam mediam petit à Te
C., tunc E. inquirit in memoria quæ
memorat, quód prædicti homines pe-
tant C. á Misericordia, quam B. de-
monstrat de A., dummodo suus in-
tellectus recipiat justitiam quam B.
demonstrat de A.; ratione cuius vo-
luntas ei gratias agat pro delectatio-
nibus

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIII. 99
nibus & honorationibus , quas A.
dat illis , qui putant habere C. per
Misericordiam quæ dat justis & pec-
catoribus.

30. *Misericors Domine!* Cùm ego
sim valde culpabilis peccator , quan-
do mea memoria mihi repræsentat
multitudinem meorum peccatorum ,
& D. mihi demonstrat magnam no-
bilitatem quæ est in C. , tunc ten-
tor desperatione putando me nun-
quam posse facere quidquam , per
quod possim habere ipsum C. , sed
quando beatum B. mihi demonstrat
magnam gloriosam & mirabilem Mi-
sericordiam , quæ est in A. , tunc
formatur in E. dulcis spes consequen-
di C. , quod á Te peto ploratibus
contritione & pœnitentia meorum
peccatorum , desiderando & cupien-
do pro tuo amore & ad honorem
„ sanctæ Romanæ fidei torâ meâ
„ vitâ esse in ploratibus & labori-
„ bus & doloribus , & mori ad lau-
„ dem & gloriam sanctæ & glorio-
„ sa

100 B. Ray. Lulli Lib. Contēp l. Vol. III.
„sæ Passionis nostri Domini JESU
„Christi.

CAPUT CCCXLIV.

*Quomodo homo oret & contempletur
& precetur nostrum gloriosum DEUM.
ut ei demonstret artem & viam se-
cundum quam possit plorare sua
peccata & suas culpas.*

1. **O** DEUS gloriose! qui es gloria
a. & laus honor & perfectio om-
nium bonorum. Qui vult scire artem
& modum per quem possit Te ora-
re & contemplari cum lacrymis &
ploratibus amando Te & pœnitendo
suorum gravium peccatorum, sciat,
Domine, figurare figuras sensuales, ut
possit elevare suum intellectum ad
intellectualites, per quas humiditas
cordis ascendit ad oculos & dat eis
lacrymas & ploratus.

2. Igitur cùm nos, *Domine*, si-
mus valde magni peccatores, & val-
de

Lib.V. Dist. XL. Cap. CCCXLIV. 101
de obligati ad amandum Te, & cùm
nobis sit valde necessarium plorare
nostra peccata, propterea figuramus
figuras, per quas possimus amare Te
& plorare nostra peccata, in quem
finem ponimus & dicimus, quòd sit.

- A. JESUS Christus.
- B. Significatio ipsius A.
- C. Corpus hominis.
- D. Significatio ipsius C.
- E. Anima.
- F. significatio ipsius E.
- G. Perfectio.
- H. Defectus.
- I. Lætitia.
- K. Tristitia.
- L. Oculi corporales.
- M. Intellectus.

3. *Gloriose Domine!* Quia sunt
multi homines habentes durum cor,
qui non possunt plorando orare &
contemplari Te, nec possunt plora-
re sua peccata, idèò figuramus has
figuras sensuales, ut sint eis ars &
modus, per quem M. recipiat B. &
D.

102 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
D. & F., & habeat cognitionem de
omnibus literis, ut faciat plorare L.
glorificando & laudando A. ad bo-
num & utilitatem ipsorum C. &
E.

4. b. *O gloriose Domine ! qui in
sancta Cruce plorasti culpas nostrorum
peccatorum.* Intellectualiter intelligi-
mus B. demonstrare ipsi M., quod
G. sit in A. in perfecta Deitate &
perfecta Humanitate demonstrando
in ipso A. perfectas proprietates &
virtutes; & quando M. recipit id,
quod B. ei demonstrat de A., se
vertit ad recipiendum id, quod D.
demonstrat de C., & F. de E., &
per hoc ipsum M. in C. & E. intel-
ligit G., quod B. demonstrat per A.
in sua creatura, & postquam M. re-
cepit significationem ipsius G. in C.
& E. per A., tunc se vertit ad re-
cipiendum id, quod D. & F. de-
monstrant de H. in C. & E. per cul-
pam & peccatum ipsorum C. & E.

5. Igitur cum hoc ita sit, quia
vult

Lib. V. Dist. LX. Cap. CCCXLIV. 103
vult orare & contemplari suum glori-
osum DEUM lachrymis & plorati-
bus , & qui vult habere contritio-
nem & plorare sua gravia peccata,
sciat , *Domine* , habere artem & mo-
dum per quem M. recipiat unam
virtutem , quæ aptior ei videbitur ex
illis , quas B. demonstrat in A. sive
sit Potestas sive Justitia sive Humili-
tas , sive Amor sive Patientia sive
quæcunque alia , & quando illam
virtutem selegerit , ponat eam in me-
moria & postea se vertat ad D. , &
recipiat aliquem sensuum sensualium
quos D. demonstrat in C. , & acci-
piat illum qui aptior ei videbitur ,
& ponat eum in memoria , & pos-
tea oportet , quòd M. se vertat ad
F. , & eligat aliquem sensuum intel-
lectualium , quos F. demonstrat in
E. , & quando ipsum selegerit ponat
eum in memoria ; & quando M. po-
sucrit istas tres demonstrationes in
memoria , oportet , quòd in eo po-
nat G. , quod ipsum B. significat
in

104 B. Ray. *Lulli Lib. Contpēl. Vol. III.*
in A., & G. & H. quæ D. & F. de-
monstrant in C. & in E.

6. *Gloriose Domine!* Postquam M.
ordinaverit omnes istas res, tunc ha-
bebit ordinatam artem & modum
secundūm quem poterit dare lachry-
mas & ploratus ipsi L., & contri-
tionem cordi, dum sciat sibi cave-
re ne H. impedit G. in M., quia
quando M., habet in se H. sine G.,
tunc non potest inquirere in memo-
ria id, quod in eo posuit, & prop-
terea voluntas non movetur ad de-
votionem nec ad contritionem nec
ad amorem erga ipsum A., & ideò
in L. non sunt lachrymæ & plora-
tus, nec in ore gratiæ & laudes,
nec in corde pœnitentia peccatorum,
& est cor adeó durum, quod non
possit dare oculis lachrymas, nec ori-
orationem & contemplationem.

7. c. *Divine Domine!* pro quo tot
homines plorant & tot corda inamo-
rantur. Qui uult plorare sua peccata,
accipiat primò amorem, quem B.
de-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIV. 105
demonstrat in A., & postea accipi-
at auditum quem D. demonstrat in
C. & postea cogitationem quam F.
demonstrat in E.; & quando M. re-
ceperit istas tres res, oportet tentare
& probare an L. poterit esse direc-
tum ad plorandum.

8. Quando M. receperit tres de-
monstrationes prædictas, *Domine*,
oportet, quòd inquirat in memoria
magnitudinem amoris, quem B. de-
monstrat in A., ut M. intelligat quám
magnum amorem A. fecerit homi-
ni multis modis per creationem &
recreationem; & quando M. intel-
lexerit, quantum possit, magnum a-
morem ipsius A., oportet, quod inqui-
rat in memoria, quám magna pec-
cata fecerit C. per audire vanitates
& peccata contra A., & postquam
hoc inquisierit oportet, quòd inqui-
rat in ipsa memoria, quám mag-
nam culpam habeat E. per cogi-
tare res contrarias ipsi A., & post-
quam M. de tota sua potestate in-
telle-

106 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
tellexerit prædictas tres magnitudi-
nes, tunc oportet, quod in se & in
memoria & in voluntate formet fi-
guram intellectualēm ipsius K.

9. g. *Pie Domine!* Quando M. di-
rexerit omnes istas res secundūm ar-
tem supradictam, tunc E. memora-
bit & intelliget & amabit A. valde
magno amore, & habebit contri-
tionem & pœnitentiam peccatorum,
quæ C. fecit per auditum & E. per
cogitationem, & per hoc formabitur
conscientia & contritio & pœniten-
tia & tristitia in E. ratione quarum
erunt lachrymæ & ploratus in L.; &
si ita sit, quòd cor sit valde durum
& crudele, & H. impedit G. in
L. & M., & L. non possit plora-
re, oportet, quòd M. mutet & al-
teret figuram ipsius K. in I., ut pos-
sit tentare L. ad plorandum, quia
sicut illud L. tentatur ad plorandum,
quando E. in se figuravit K., ita
tentatur ad plorandum per opposi-
tum ipsius K. scilicet per I., cùm
præ

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIV. 107
præ magno gaudio & placito mul-
tities ploret.

10. d. *O Domine sancte virtuose!*
Qui creasti intellectum in adeo mag-
na virtute, quod videat tuam glorio-
sam Perfectionem. Si homo, qui cum
L. tentaverit L. ad plorandum, non
possit plorare, & velit ipsum L. ten-
tare cum I., oportet, quod M. re-
cipiat B. & D. & F., & ponat I. in me-
moria, & postea in eo quærat magnum
amorem & magnam gratiam quam
C. & E. receperunt ab A., & mag-
num bonum quod C. & E. faciunt
per gratiam ipsius A., & magnum
malum quod ipsa evitarunt per au-
dire & cogitare; & quando E. me-
moraverit & intellexerit & voluerit
ex tota sua potestate magnum amo-
rem quem B. demonstrat de A., &
magnum auditum & magnam cogita-
tionem boni & evitacionis mali, tunc
in ipso E. formabitur I., per quod
totum E. implebitur de I. & G., &
per hanc impletionem L. deveniet

præ

108 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
præ abundantia gaudii & placiti in
lachrymas & ploratus.

11. *Juste Domine!* si pauper uxoris
plorat præ gaudio, quando suus ma-
ritus venit ex longa peregrinatione
vel quando invènit aliquem thesau-
rum, quantò plús L. est obligatum
ad plorandum, quando E. memorat
magnum amorem, quem B. ei de-
monstrat in A., & M. intelligit il-
lum amorem, & voluntas ipsum a-
mat, & quando M. recipit G., quod
A. posuit in C. & E., & in-
telligit quām magnum bonum sit
ipsis C. & E., quòd G. sit in eis
& non H., quod est in lignis &
lapidibus & animalibus irrationali-
bus: quia si homo est obligatus ad
agendum gratias quando recepit do-
na pauci valoris ab aliquo amico,
quantò plús est obligatus ad agen-
dum magnas gratias quando recepit
magna dona magni valoris.

12. *Gloriose Domine!* Sicut visus
corporalis non sufficit ad videndum
to-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIV. 109
totum firmamentum , nec aures sufficiunt ad audiendum omnes voces, nec E. ad memorandum & intelligendum & volendum omnes res, ita & adhuc multò minús M. potest sufficere ad recipiendum totum id , quòd B. demonstrat de A , & D. de C. & F. de E. Igitur si L. plorat pro aliquibus rebus quas M. sufficit recipere á D. & F. , quantò plùs L. deberet plorare vel per I. vel per K., cùm M. non sufficiat ad recipiendum magnam influentiam , quam B. demonstrat de amore qui est in A., nec ad recipieñdum magnum G. , quod est in C. & E.; quia qui plorat præ gaudio rei modicæ, quantò plùs deberet plorare præ gaudio quod debet habere de rebus prædictis ?

13. c. *O Domine ! Qui in tuo honore multiplicas nostrum valorem.* Si homo vult plorare sua peccata & non potest ea plorare per amorem nec per audire nec per cogitate , o-
por-

110 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
portet, quòd transferat M. ad in-
telligendum & recipiendum justití-
am quam B. demonstrat de A., &
postea intelligat id, quòd D. demons-
trat de gusto ipsius C. & postea in-
telligat id, quod F. demonstrat de
consciencia ipsius E. & quando M.
recepperit has tres demonstrationes
cum G., tunc M. habebit occasio-
natum L. ut sit in lachrymis & plo-
ratibus.

14. *Inste Domine!* Quando homo
imaginatur magnam gloriam Paradi-
si & magnam pœnam inferni, & me-
morat & intelligit magna peccata,
quæ fecit comedendo, & bibendo
& paucam conscientiam quam habu-
it de peccatis, que fecit per defectum
conscientiæ, & fortificat & auget
suam conscientiam, quantum potest,
in prædictis peccatis, tunc M. for-
mat ploratus, qui sunt potentialiter
in L., ut sint in actu memorante
memoriâ tuam justitiam & pœnas
infernales & peccata sensualia & in-
tellec-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIV. 111
tellectualia , & habente voluntate
tristitiam & pœnitentiam & contri-
tionem suorum defectuum, & defec-
tum gustus & conscientiae; & quan-
do K. hoc modo est formatum in
E. , tunc illud E. est occasio ipsi C.
ad plorandum sua peccata.

15. *Vere Domine!* si homo , qui
accipit hanc artem & modum ad
plorandum sua peccata , non possit
dare suis oculis lachrymas & plo-
ratus , oportet , quod M. intelligat
H. esse in C. & in E.; & idcò L.
non potest plorare ; quia si M. mul-
tum intelligeret & memoria multum
memoraret & voluntas multum
pœniteret peccatorum , quæ fecit
per gustum & defectum conscientiae
contra tuam justitiam , de necessita-
te oporteret , quod L. ploraret ; sed
quia H. est in C. , & E. est cum
H. in *quarta figura Veritatis*; prop-
terea L. est extra naturam ploratus,
ad quam revertitur , quando E. est
in *prima figura Veritatis* memoran-
do

IMRE B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
do & intelligendo & amando tuam
Justitiam ; & in secunda figura Ve-
ritatis memorando & intelligendo &
odiendo peccata. (*videatur supra Cap.*
331.)

I6. f. *Sanctificate Domine! qui sanc-*
tificas amorem amantem Te. Si ho-
mo non possit plorare per omnes
virtutes prædictas, oportet, quod mu-
tet E. ad memorandum & intelligen-
dum & amandum alias virtutes, quas
B. demonstrat de A., & alias sen-
sualitates & intellectualites quas de-
monstrant D. & F., & oportet, quod
frequenter & continuatè ponat I. &
K. in E., ut L. sit occasionatum ad
plorandum & E. ad orandum & con-
templandum.

I7. Cùm quasdam virtutes M. re-
cipiat à B. leviùs quàm alias, & a-
lii sensus sensuales sint diversi ab a-
liis, & aliæ intellectualites ab ali-
is, & homo sit plús fortificatus in
quibusdam sensibus quàm in aliis,
propterea , *Domine.* qui vult plora-
re

re suas graves culpas , & non potest eas plorare , oportet , quod sciat tentare & probare quamlibet virtutem & quemlibet sensum sensualem & intellectualem , & quodlibet peccatum & vitium , quod habet in se , & cum quocunque melius possit occasionare L. ad plorandum , oportet , quod cum illo occasionet ipsum , quia si homo non possit facere , quod L. ploret memorando peccata , quae fecit cum una fœmina , vel contra unum virum , oportet , quod se mutet ad memorandum alia peccata ; quae fecit cum alia fœmina & contra alium virum , quoniam sicut quidam homines citius plorant propter timorem quam propter amorem , & alii citius propter amorem quam propter timorem , & alii citius plorant mala aliorum quam suamet , ita quilibet homo habet de sua propria natura citius plorare propter quædam peccata quam propter alia .

I 8. *Humilis Domine ! Si homo*
H per

114 B. Ray. *Lulli Lib. Contpēl. Vol. III.*
per omnes res prædictas non possit
dare ipsi L. ploratus & lachrymas,
oportet, quòd inquirat rationem fi-
nalem quare H. ei prohibet ploratus
& lachrymas, quas desiderat; quam
rationem finalem oportet inquiri in
decem Mandatis & in decem Prædi-
camentis; quia de necessitate oportet
aliquam rem esse ei occasionem qua-
re non possit plorare; quoniam, quan-
do aliquis vult plorare & non potest,
non est casualitas quæ ipsum impe-
dit plorare, & ideo oportet, quòd
sit aliqua ratio & occasio ipsum im-
pediens: Igitur quando M. bene in-
quirit rationem finalem, quare L.
non potest plorare, tunc potest cam
invenire secundùm artem prædictam,
& potest hanc rationem finalem des-
truere, si adducat G. de potentia in
actum, & si reducat H. in E. de actu
in potentiam.

19. g. *Patiens Domine amoroſe! Qui*
es virtuosus in omnibus virtutibus.
Si ita sit, quòd homo per omnes
ges

res prædictas non possit plorare sua peccata, oportet, quod si velit plorare, velit res, per quas possit plorare; quæ res sunt mortificatio potentia vegetativæ, quæ fiunt jejuniis & afflictionibus & aspero lecto & asperis vestimentis & aliis rebus similibus; quia quando homo non habet mortificatam potentiam vegetativam tali mortificatione, quod sensitiva inde sit subdita rationali, M. non potest obligare L. ad lacrimas & ploratus per id, quod recipit à B. & D. & F., eò quod H. sit in M., quod est constrictum & coactum à potentia sensitiva & vegetativa.

20. Si ita sit, *Domine*, quod homo habeat cor ita crudele & durum, quod per omnes istas res non possit plorare, oportet, quod vertat M. ad alias potentias & aspiciat in quânam earum sit H.; & in quacunque sit, oportet, quod ipsum ejiciat cum G., & quando hoc fecerit, oportet, quod potentiam motivam subdat rationa-

li, ut sit ei obediens & non obedi-
at ulli aliarum potentiarum sinè de-
bita licentia potentiæ rationalis; quia
quando potentia motiva obedit aliis
potentiis sinè licentia rationalis, tunc
ponitur H. in M., & propterea L. non
potest plorare.

21. Nam quando M., *Domine*, est
in sua natura, & recipit B. & D. &
F. non habendo in se H. & habendo
G., tunc est adeo magna influentia
virtutis quam recipit ab A., quod per
illam virtutem D. & F. virtuificantur
in rebus quas demonstrant de C. &
E.; & per hanc virtutem M. potest
inducere L. ad plorandum; quia si-
cut est possibile voluntati velle, quod
L. ploret, ita est possibile ipsi M.
recipere id quod B. demonstrat de
A., & D. de C., & F. de E., &
per hanc possibilitatem est in homi-
ne possilitas inducendi L. ad plo-
randum præ abundantia influentiæ
multum memorandi & intelligendi
& amandi id, quod B. demonstrat
de

Llib.V. Dist. XL. Cap. CCCXLIV. 117
de A. & de virtutibus ipsius; sed
sicut, quando homo elevat unam
paleam à terra, non impendit mag-
nam vim, ita multi sunt homines
qui vellent plorare sua peccata, &
habent modicum memoriæ & intel-
ligentiæ & amoris erga A., & mo-
dicum pœnitentiæ peccatorum quæ
fecerunt.

22. h. *Infinite Domine!* qui vales
super omnem valorem, & habes ho-
norationem super omnem honorem. Si
homo qui vult orare & contempla-
ri lachrymis & ploratibus honoran-
do & laudando TE, & pœnitendo
suorum peccatorum non possit plo-
rare, tunc illud M. potest cognos-
cere, quod D. demonstret C. esse
super E.; & E. habere impedimen-
tum in amando & honorando A.:
Igitur si E. velit amare A., & ve-
lit esse Domina ipsius C., & non
facit opera per quæ possit compleri
sua voluntas, tunc ipsum E. est in
hoc quod vult; sicut homo, qui
vult

18 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
vult esse dives & honoratus & non
facit diligentias ad hoc necessarias:
igitur sicut homo est culpabilis, quan-
do potest complere suam voluntatem,
si non faciat opera , quæ sunt ei pos-
sibilia; ita F. demonstrat ipsi M.,
quod H. sit in E. in quantum non
facit id, per quod possit habere hoc,
quod vult sua voluntas.

23. *Honorate Domine!* multi ho-
mines sunt , qui volunt plorare sua
peccata , & faciunt E. dominam ip-
sius C. modico tempore, cùm C.
diu habuerit dominium super E. ; &
quia L. non plorat statim quando E.
hoc vult , propterea M. falsō opina-
tur & putat impossibile esse ipsi L.
plorare peccata , quæ E. vult plo-
rare , & est sicut stultus artifex , qui
vult, quod navis sit facta statim quan-
do vult ipsam facere: Igitur per hoc
F. demonstrat H. in E. ; quia si in
E. esset G. , E. vellet tamdiu esse
super C. , quamdiu C. fuit super
E. , & adhuc diutius , & esset sicut
fapi-

Lib. V. Diſt. XL. Cap. CCCXLIV 119
sapiens artifex , qui continuat opus
in faciendo navem quoisque per lon-
gam perseverationem det ei perfec-
tionem.

24. Sicut aqua fontis non potest
se movere , nisi quando habet viam
declivem , ita , *Domine* , aqua cordis
non potest ascendere ad oculos sine
magna devotione & contritione; &
sicut res sunt faciliores dictu quām
factu , ita E. facilius desiderat plora-
tus quām faciat opera per quæ plora-
tus sint in L.; & sicut homo qui fu-
it infirmus non statim est robustus
quando febris eum relinquit , ita L.
non est semper paratum ad ploran-
dum quando homo vult , quod il-
lud ploret : Igitur sicut homo pau-
latim debet fortificare potentiam ve-
getativam antequam possit roborari
& liberari à debilitate præteritæ in-
firmitatis , ita oportet quod homo
suum E. infirmum per peccatum fa-
net & roboret demonstrationibus quas
B. dat de A. , & D. de C. , & F.

dc

120 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
de E., ut M. possit ordinare quo-
modo L. sit in lachrymis & plora-
tibus ad dandum gloriam de tuis lau-
dibus.

25. i. *Domine! qui amas omnes qui pro tuo amore sunt in ploratu. & labore & dolore.* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus, quod ploratus sit major occasio amoris quam risus; quia per plorare plus occasionantur memoria ad memorandum & intellectus ad intelligendum & voluntas ad amandum amatum quam per ridere & gaudere: Igitur, qui vult plorare, memoret & intelligat, an amatus ei fecerit aliquam injuriam, & non disamet eum propter illam & habeat pietatem de se ipso propter injuriam quam recipit.

26. Unde benedictus sis, *Domine!* quia sicut plorare est ipsi E. occasio multum memorandi & intelligendi & amandi amatum, ita plorare est occasionatum in L. per multum memorare & intelligere & amare A. &

id

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIV. 121
id quod B. significat & demonstrat
de eo: Igitur qui vult orare & con-
templari suum honoratum DEUM
gloriosum lachrimis & ploratibus, &
vult plorare sua peccata & suas cul-
pas, faciat M. intelligere, quòd, si-
cut plorare est major occasio ipsi E.
memorandi & amandi, quám ridere;
ita tristitia & pœnitentia & cogita-
tio sint occasio amandi, & amor oc-
casio plorandi.

27. *Gloriose Domine!* Sensualiter
sentimus & intellectualiter intelligi-
mus, quòd desiderium & contrista-
tio de absentia sit occasio plorandi:
Igitur qui per nullam prædictarum
occasione potest plorare, si vult fa-
cere quidquid potest, ut possit plora-
re, oportet, quòd sciat occasionare
E. ad desiderium & contristationem
ut faciat L. plorare: igitur quando
homo elongat C. à suis amicis & dis-
cedit in terram extraneam, & ponit
C. in periculo & labore vel per fa-
mem vel per bellum vel per pauper-
tatem

122 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
tatem vel per alias res similes , & fa-
cit E. esse in sua terra memorando
& intelligendo & amando suos ami-
cos, tunc L. est occasionatnm ad plo-
randum præ magno desiderio & con-
tristatione de absentia & præ pieta-
te quam E. habet de C.; & quando
homo, *Domine*, occasionaverit L. ad
plorandum hac secundâ intentione,
oportet , quòd M. se vertat ad reci-
piendum id , quòd B. ei demonstrat
de A. , & per illam demonstratio-
nem tentet & probet L. ad ploran-
dum & E. ad orandum & contem-
plandum A. , & tunc necessariò o-
portebit , quòd L. sit in lachrymis
& in ploratibus per artem & mo-
dum & per magnam occasionem quam
homo ei dat.

28. k. *O Domine! qui vis quietare*
& glorificare & honorare omnem ho-
minem, qui Te scit fideliter amare.
Sicut intellectus inquirit & vult in-
telligere quotiescunque affirmet pos-
sibilitatem, ita oportet , quòd, qui
vult

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIV. 123
vult plorare , affirmet possibilitatem
plorandi ; quia sicut M. inquirit oc-
casiones per quas possit intelligere ,
quando affirmat , possibile esse intel-
ligere id , quod voluntas vult quod
illud intelligat , ita M. inquirit oc-
casiones per quas L. possit plorare
si affirmet possibile esse invenire is-
tas occasions : Igitur cum hoc ita
fit , oppositum horum est contrari-
um ploribus .

29. *Juste Domine !* Sensualiter sen-
timus & intellectualiter intelligimus
aliquos homines plorare modicâ oc-
casione & causa , & alios non pos-
se plorare nisi magnâ occasione : Un-
de in illis , qui faciliter plorant ,
demonstrat D. , quod cor sit tenc-
rum & paratum ad obediendum ipsi
E. , & F. demonstrat , quod E. mo-
dicâ occasione quam vult dare ipsi
L. , possit ipsum facere plorare , sed
in illis , qui non possunt plorare ni-
si magno labore & magna occasio-
ne , D. demonstrat , quod C. non sit
para

124 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
paratum subiectum ipsi E., ut faciat plorare L.: & propterea F. demonstrat quod E. nisi valde magnâ memoriâ & intelligentiâ & voluntate, quas habet erga A., non possit occasionare L. ad plorandum: Igitur cùm hoc ita sit, per hoc B. demonstrat ipsi M., quod A. multò plus amet unam lachrymam illorum, qui plorant præ magna vi memorie & intelligentie & voluntatis, quam mille ploratus illorum, qui præ abundantia dispositi cordis plorant modicâ memoriâ & intelligentiâ & voluntate.

30. *Virtuose Domine!* Sicut in tempore & loco opportuno sunt quædam res plus paratae ad aliquid faciendum quam in alio tempore & loco, ita oportet, quod volens plorare, sciat inquirere tempus & locum opportunum ad plorandum; quia M. est plus paratum in uno tempore & in uno loco ad recipiendum B. & D. & F. quam in aliis, & D,

&

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIV. 125
& F. melius demonstrant & signifi-
cant C. & E. in uno tempore quam
in alio, & propterea E. melius po-
test memorare & intelligere & ama-
re occasiones plorandi in uno tem-
pore quam in alio: Igitur , qui vult
plorare , sciat memorare & intelli-
gere & cognoscere omnes istas res
& veniat ante tuum sanctum glo-
riosum Altare , & osculetur terram,
& aspiciat crucem memorando &
intelligendo & amando A. & id quod
B. demonstrat , & elevet suas manus
& suos oculos ad cœlum dicendo:
gloria & laus & reverentia & ho-
nor sit nostro glorioso Domino JE-
SU Christo , qui est verus & perfec-
tus & virtuosus homo , & ve-
rè est noster honoratus &
perfectus Dominus
DEUS.

CAPUT

CAPUT CCCXLV.

*Quomodo homo habeat Spem in nos-
tro Domino DEO.*

1. **O** DEUS gloriose ! cui sit gloria
 & honor omni tempore & om-
 ni quod tuum est. Qui vult orare &
 contemplari Te, Domine , confiden-
 do in tua dulci spe , oportet , quod
 speret , & confidat in Te memoran-
 do & intelligendo & amando spem
 ad quam oportet elevare nostrum
 intellectum figurando figuras sensua-
 les , ut possimus venire ad intellec-
 tuales , per quas habet homo cog-
 nitionem de spe , & sperat & confi-
 dit in tua benedicta spe.

2. *Gloriose Domine ! Quia figuræ
 sensuales sunt demonstratio figura-
 rum intellectualium , propterea po-
 nimus & figuramus & dicimus , quod
 sit.*

A.

- A. Divina Potestas.
- B. Significatio ipsius A.
- C. Divina Sapientia.
- D. Significatio ipsius C.
- E. Divinas Voluntas.
- F. Significatio ipsius E.
- G. Divina Misericordia.
- H. Significatio ipsius G.
- I. Divina Humilitas.
- K. Significatio ipsius I.
- L. Divina Patientia.
- M. Significatio ipsius L.
- N. Spes.
- O. Intellectus.

3. *Misericors Domine!* Quia homo est res fragilis & misera, & tu es Dominus perfectus & completus omnibus bonis, & homo est culpabilis creatura, & tu es justus & gratiosus Creator, propterea B. & D. & F. & H. & K. & M. demonstrant ipsi O. quod homo habeat N. in A. & C. & D. & E. & G. & I. & L.; quia nisi ita esset, tuæ virtutes non haberent significaciones, quæ eas nobis

128 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
bis demonstrent perfectas ; & ratio-
ne privationis harum significationum
necessariò oporteret tuas Virtutes ha-
bere significationes & demonstratio-
nes demonstrantes esse defectum in
eis , eò quòd non haberent , quo de-
monstrarent perfectionem , quæ est
in Te , quod est impossibile ; & per
hanc impossibilitatem volumus ten-
tare , secundùm quam trium legum
tuæ prædictæ Virtutes melius demons-
trent N. ipsi O. ; quia quamcunque
legem , quæ melius concordet & con-
veniat cum demonstratione , quam
tuæ Virtutes dant ipsi O. de N. ,
est obligatum illud O. honorare &
venerari & acceptare plus quam ali-
as.

4. b. O Domine sancte pie ! in quo
confidunt & sperant justi & pecca-
tores. Intellectualiter intelligimus ,
quòd B. sit perfecta significatio ip-
sius A. ; quia nisi talis esset , demons-
traret ipsi O. in A. esse defectum .
Igitur quia est impossibile in A. esse
de-

defectum , propterea necessariò opor-
tet creatum O. esse adeò virtuosum,
quòd possit recipere id , quòd B. ei
demonstrat de A. ; quoniam si A.
non dedisset ipsi O. naturam & vir-
tutem recipiendi id , quod B. signi-
ficit , B. demonstraret defectum in
A. ; & ita B. non posset demonstra-
re in A. id , quod in eo est , nec
O. posset illud recipere , & B. de-
monstraret in A. id , quod non est
in eo , & O. posset illud recipere ,
quod est impossibile , per quam im-
possibilitatem B. demonstrat ipsi O.
id , quod actualiter est possibile de-
monstrari in A. , & recipi ab O.

S. Igitur cùm hoc ita sit , *Do-*
mine , propterea B. demonstrat ipsi
O. Te habere adeò magnam & adeò
perfectam Potestatem , quòd possis
creare & facere quidquid velis , &
potueris Te incarnare , & possis pec-
cata remittere cuicunque velis & pos-
sis ordinare omnia , & dum B. dat
hanc demonstrationem de A. , & O.

I

frui-

130 B. Ray. *Lulli Lil. Contēpl. Vol. III.*
fruitur & utitur finali ratione & vir-
tute, propter quam ei dedisti esse,
tunc formatur N. in ipso O. in adeō
magna magnitudine & in multò ma-
jori, quam sit id, quod O. potest
recipere à demonstratione quam B.
ei dat de A.

6. Et dum O., *Domine*, recipit
B., & N. formatur & figuratur in
eo, tunc Q. intelligit multò majus
debet esse N. quam peccata, quæ
memoria potest memorare & volun-
tas odire; eō quod A. sit majus in
possendo dare & remittere, quam
homo sit culpabilis in suo peccare;
& dum O. intelligit omnes istas res,
memoria memorat diversitatem tri-
um Legum, & voluntas vult, quod
O. tentet secundum quam trium Le-
gum possit figurare majus N. per id
quod recipit a B.; & dum O. facit
hanc temptationem memoriā memo-
rante quamlibet trium Legum, tunc
O. intelligit, quod quia memoria
memorat Incarnationem & Passionem

Filii

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLV. 131
Filii DEI in Lege Christianorum,
quam non potest memorare in aliis
Legibus, sentiat in se maiorem vir-
tutem sperandi in A. secundum Le-
gem Christianorum, quam secun-
dum ullam aliarum Legum.

7. c. *Domine vere DEUS! qui diri-
gis omnes sperantes & confidentes in
Te.* Intellectualeer intelligimus D.
demonstrare de C. ipsi O., quod Tu
scias dare dona & remittere peccata
per perfectum A. & C. & E.; &
quando O. recipit id quod D. ei de-
monstrat de C., tunc intelligit N.,
& per hanc intelligentiam memoria
memorat & voluntas amat ipsum N.
secundum quod demonstratur ipsi O.,
& secundum quod ipsum O. potest
recipere demonstrationem quam D.
ei dat.

8. *Gloriose Domine!* Si D. non pos-
set adeò demonstrare & figurare N.
in O. sicut in eò demonstrat & fi-
gurat tuam Justitiam, O. non pos-
set in Te intelligere adeò magnam
Mise.

132 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
Misericordiam sicut intelligit Justitiā; & si ita esset, O. intelligeret
in Te defectum Misericordiæ, quòd
est impossibile; cùm ita impossibile
sit in Te esse defectum Misericordiæ
sicut Justitiæ; hoc dicimus, *Domine*,
ratione prædestinationis, quæ mul-
toties decipit O., quando plūs reci-
pit D. quàm H., & O. decipitur per
hoc, quòd plūs recipiat unam signi-
ficationem quàm aliam, sicut deci-
pitur, quando homo plūs amat u-
nam rem quàm aliam per plūs me-
morare unam, quàm aliam ex illis
quæ sunt æqualiter dignæ memorari
& amari.

9. *Vere Domine!* Postquam O. in-
tellexit tuam magnam Sapientiam,
tunc se mutat ab una Lege in aliam
ad tentandum & probandum secun-
dum quam Legem possit per D. meli-
us figurare & intelligere N.; & quan-
do memoria memorat, quòd Tu sis
incarnatus & mortuus ad salvandum
hominem, & D. demonstrat, quòd
licet

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLV. 133.
licet scias omnes nostras culpas & miseras, tamen non omiseris incarna-re Te & mori pro amore nostri tunc O. intelligit in Te adeò magna Sapientiam demonstrante D. Te scire Te totum potenter & humi-lem & misericordem, quòd per nullam Legem possit formari N. in adeò magna demonstratione ipsi O., sicut per Legem Christianorum, quia quanto scis Te virtuosiorē in tuis operibus, tantò D. plūs demonstrat C., & N. formatur in O. & in me-moria & in voluntate.

10. d. *Adjutor Domine omnium amantium tuam honorationem & tuam laudem!* Intellectualiter intelligimus quòd F. demonstret ipsi O. tuam amorosam voluntatem esse perfectam in amando, eò quòd amet per perfectam Voluntatem & Potestatem & Sapientiam; & quando O. recipit id, quòd F. ei demonstrat de E., tunc N. formatur in eò per intelligere perfectam tuam gloriosam Voluntatem quia

134 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
quia si F. non demonstraret perfec-
tum E. ipsi O., & ipsum O. non
posset intelligere per virtutem ipsius
F. perfectionem ipsius E., esset de-
fectus in ipsis F. & E., quòd est im-
possibile.

ii. Et dum F. , *Domine* , demons-
trat E. ipsi O. , & O. recipit id ,
quod F. ei demonstrat de E. , tunc
intelligit se tantam spem debere ha-
bere in E. quantum est id , quod po-
test recipere ab F. ; sed id quod F.
potest demonstrare de E. , oportet
esse majus sine omni comparatio-
ne , quàm N. in O. , eò quòd plus
possit F. significare de E. quàm O.
possit recipere: unde dum O. intel-
ligit omnes istas res , tunc intelligit
se obligatum ad recipiendum F. se-
cundūm totam virtutem , quam ha-
bet ad intelligendum; & per hoc
intelligit ipsum O. , quòd quando
N. non formatur in eò in tanta quan-
titate virtutis , quantam habet ad
cognoscendum E. , tunc sit culpa-
bilis

bilis contra F. & E. & N., ratione cuius culpæ cadit homo accidentaliter in peccatum.

12. *Humilis Domine!* Intellectualiter intelligimus, quod quanto O. potest plūs intelligere velle, quod E. demonstrat in E., tanto memoria sit plūs occasionata ad memorandum & voluntas ad amandum N.; & ideo quando O. omnes istas res intelligit, tunc se mutat ab una Lege in aliam ad tentandum secundum quam earum poterit plūs recipere de F., ut memoria maiorem spem possit memorare & intellectus intelligere & voluntas amare; & postquam O. fecit inquisitionem in omnibus tribus Legibus, tunc memoria memorat per tuam Incarnationem & Passionem in O. intelligere Te habere maiorem amorem erga hominem, quam per id quod creditur in aliis Legibus, & per hoc intelligit O. quod N. possit in eo & in memoria & voluntate formari mias se-

cun-

136 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
cundūm Legem Christianorum quām
secundūm ullam aliarum.

13. e. Domine! qui me amas quo-
tiescunque Te mihi representas. In-
tellectualiter intelligimus H. dare ip-
si O. demonstrationem de tua dul-
ci Misericordia in multō majori vir-
tute, quām ipsum O. possit recipe-
re; quia si O. posset recipere tan-
tum de G. quantum H. significat,
intelligeret se esse æquale in virtute
ipsius G. & H.: Igitur cūm O. intel-
ligat majus esse G. quām omnia pec-
cata, quæ unquam fuerunt & sunt
& erunt, & majus quām sint Cœ-
lum & stellæ & totus numerus in-
dividuorum creatorum, in quæ est
divisa elementalis materia, per hoc
intelligit multò majus esse sine om-
ni comparatione H. in demonstran-
do G., quām O. in recipiendo ab
eo demonstrationem; & quia O. is-
tas res considerat, formatur in eo
N. secundūm quod potest recipere
H.

14. Jus- I

14. *Juste Domine!* Quando O. intelligit tuam excellentem Justiam, & ignorat tuum G. & H., & memoria obliviscitur ipsius G. memorando magna peccata, quæ homo fecit, & memorando tuam Justitiam, tunc O. non recipit id, quod H. demonstrat de tuo. G.; & propterea in eo non potest formari N., imo formatur oppositum; & ideo cadunt multi homines in desperationem opinando sua peccata esse majora quam tuum G.

15. Et dum O., *Domine*, intelligit occasiones ratione quarum N. formatur vel privatur in eo, tunc se mutat ab una Lege in aliam ad probandum & tentandum secundum quam earum possit sentire in se maiorem virtutem in recipiendo H. & G., ut formet & figuret in se N., & dum O. tentat se & Leges isto modo, tunc memoria memorat magnum G. quod H. significat per hoc quod Te incarnaveris & mortuus sis.

ad

ad dandum gratiam & benedictiō-
nem humano generi; & quando O.
recipit H. isto modo, tunc intelligit
quod alio modo & per contrariam
Legem non posset in se sentire tan-
tam virtutem ad recipiendum H. quan-
tam sentit per Legem Christianorum;
& per hoc N. quod demonstratur ip-
si O. est majus in Lege Christiano-
rum quam in ulla aliarum.

16. f. *Virtuose Domine! Qui bea-
tificas omnes in Te confidentes.* In-
tellectualiter intelligimus K. dare ipsi
O. demonstrationem de tua glorio-
sa Humilitate, quia nisi O. haberet
virtutem intelligendi in Te Humili-
tatem & nisi eam demonstraret in
Te, O. non haberet in se virtutem,
per quam posset intelligere in Te
perfectionem, nec haberet virtutem,
per quam posset in se formare N. &
ideo impossibile est, quod O. non
intelligat in Te I., & quod K. non
demonstraret ipsum I., & N. non for-
metur in ipso O.; quia si hoc esset
pos-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLV. 139
possibile , O. intelligeret in Te su-
perbiam , quæ est vitium , per quam
intelligentiam privaretur N. in ipso
O.

17. *Perfecte Domine!* Postquam O.
per necessarias rationes intellexit im-
possibile esse , quod in Te sit super-
bia , tunc intelligit in Te esse Humi-
litatem ; & tunc memoria memorat
magnam humiliationem quam fecis-
ti , quando Te incarnasti in Virgi-
ne gloria , & quando tuam sanctam
Humanitatem humiliasti ad pauper-
tatem & magnos labores & tormenta
& ad gravem mortem angustiosam
pro amore nostri peccatorum : & quan-
do O. intelligit Humilitatem quam
memoria memorat , tunc formatur
N. in O. , per id , quod K. ei demons-
trat de I. in adeò magna demonstra-
tione , quod non sit qui posset aestima-
re magnam demonstrationem , in qua
N. demonstratur ipsi O.

18. Et quando O. , *Domine* , se
sentit totum plenum de N. per de-
mons-

140 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
monstrationem quam K. ei dat de I.
secundūm legem Christianorum, tunc
O. tentat & probat se ipsum an se
possit adeò implere de N. secundūm
quod K. demonstrat de I. in aliis le.
gibus, & non adeò intelligit K. ¶
I. in eis, quòd N. possit tantum si.
gurari ipsi O. quantum figuratur ci,
quando recipit K. secundūm Legem
Christianorum; & totum hoc eve.
nit ipsi O., quia non habet tantam
virtutem recepiendi K. in lege Judeo.
rum & Saracenorum, quantam in
lege Christianorum: Igitur sicut se.
men non potest tantum multiplicari
in terra macra sicut in pingui, ita
Judei & Saraceni non possunt tan.
tam Hnmitatem intelligere in sua
lege quantam Christiani in sua, &
propterea sequitur quòd Christiani
possint habere majorem spem quā in
ulli alii homines.

19. g. *Misericors Domine! à quo die
& nocte & ultra terminos diei & noc-
sis recipimus gratiam & benedictio-
nem.*

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLV. 141
nem. Intellectualiter intelligimus, quod, sicut odoratus est datus animalibus, ut sensualiter inquirant cibos necessarios gustui, ita M. sit datum ipsi O., ut intellectualiter sit ei demonstratio tuæ magnæ Patientiæ, ut N. possit figurari in memoria memorante & in intellectu intelligente & in voluntate amante, ut, *Domine,* habeas rationem adjuvandi & dandi & indulgendi omnibus illis, qui in tua perfecta Potestate Sapientia Voluntate Misericordia & in aliis tuis uirtutibus confidunt & sperant.

20. *Gratiōse Domine!* sicut est naturale secundum cursum divinum, quod M. significet L., & L. formet N. in O., ita est naturale secundum virtutem, quam creatura recipit a suo Creatore, quod O. recipiat id quod M. demonstrat de L., ut O. in se habeat virtutem, per quam N. intret in memoriam & intellectum & voluntatem, ne desperatio in eis possit privare spem: unde quando O. intel-

142 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.*
intellexit magnum L., quod memoria memorat per demonstratiōnem quam M. ei dat de ipso L. quando voluntas credit TE esse incarnatum & mortuum pro nobis, tunc formatur in O. tanta patientia, quod per magnam influentiam ipsius L. quod intelligit, oriatur tantum N. in O. & memoria & voluntate, quod non sit cor potens cogitare nec manus potentes scribere quantum ipsum sit; & quod hoc sit verum, potest quilibet homo probare in se ipso, dummodo sciat recipere significaciones prædictas.

21. Quando modo predicto, *D^omine*, anima justi fidelis Christiani est completa & plena de L. & N. plus quam ullum vas possit esse plenum aliqua re sensuali, tunc suum O. vult tentare & probare, an possit tantam virtutem habere ad continentium L. & N. per legem Iudeorum & Saracenorum, quantam habet per legem Christianorum, & quando

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLV. 143
quando O. exit à fide Catholica & voluntas intrat ad credendum alias leges , tunc O. se sentit vacuum virtute, quam antea habebat in impletendo se de L. & N. per virtutem, quam recipiebat à tuo L. per M. & tunc O. non adeò considerat nec memoria memorat nec voluntas vult quòd possint venire ad adeò magnam patientiam & spem sicut antea ; quando voluntas credebat in sanctam fidem Romanam.

22. h. *Cognoscens Domine plene amore , super omnes alios dominos abundans in valore!* cum probaverimus per sex significaciones prædictas , quòd O. non possit ita benè formare N. per ullam legem sicut per legem Christianorum , idèò quælibet prædictarum virtutum significat & demonstrat legem Christianorum esse veram ; quia nisi vera esset , major significatio , quam tuæ virtutes per eam dant de N. in lege Christianorum , esset falsa , & minor significatio quam dant

344 B. Ray. Enlli Lib. Contēpl. Vol. III.
dant de N. per alias leges esset ve-
ra, quod est impossibile.

23. *Gloriose Domine!* sicut O. in-
telligit, quod in hoc mundo planc-
tus & ploratus & clamores & ulu-
latus melius convenient cum homi-
nibus habentibus passionem in tor-
mentis, quam cum tortoribus, ita
spes cō melius conveniat cum ho-
minibus, quo magis sunt cognitores
& memoratores & amatores tuarum
virtutum, & memoratores & cog-
nitores suorum gravium peccatorum
& suorum dolorum: Igitur cūm hoc
ita sit, sicut O. melius intelligit per
unam legem demonstrationes tuarum
virtutum quam per alias, & melius
intelligit suos defectus & infernales
pœnas & cœlestem gloriam per illam
legem per quam melius intelligit tu-
as virtutes, quam per alias, ita ha-
bet maiorem virtutem in habendo
spem in Te per unam legem quam
per alias.

24. *Æterne Domine!* quando O.
intel-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLV. p45
intelligit dæmonem in inferno tor-
quere peccatores, tunc memoria me-
morat quòd, quòd plus ipse torquet
eos, eò plus torqueatur à Te, & per
hoc intelligit O., quòd, quòd plus
mali facit ipse dæmon in hoc mun-
do & in alio quàm peccator quem
torquet, eò majora tormenta habeat
quám peccator quem torquet: Igi-
tur cùm hoc ita demonstretur ipsi
O. per tuam justitiam, per hoc me-
moria memorat, quòd O. intelli-
gat dæmonem torquendo alios tor-
quere sc ipsum, quin N. formetur
in sua voluntate, eò quòd sua me-
moria memoret & suus intellectus in-
telligat suam voluntatem non con-
fidere nec sperare in Te; & quando
O. hoc & res prædictas intelligit,
Domine, tunc memoria memorat,
quòd illa voluntas, quæ plus amat
N. dum O. recipit B. & D. & F. &
H. & K. & M., amante voluntate
A. & C. & E. & G. & I. & L.,
sit melior quàm voluntas, quæ non

K

tan-

146 B.Ray.Lulli Lib. Contēpl.Vol.III.
tantum fruitur prædictis virtutibus &
significationibus earum.

25. i. *O Domine!* *Qui amas & ho-*
noras & das & remitis & adjuvas. In-
tellectualiter intelligimus, quòd inter
O. & N. non sit conjunctio, per quam
N. formetur in O., quando O. non vult
recipere id, quod B. demonstrat de A.
& D. de C. & F. de E. & H. de G.
& K. de I. & M. de L.: igitur si-
cūt forma potentialis non potest ve-
nire in actum in materia siné con-
junctione materiæ & formæ, ita N.
non potest venire in O. de poten-
tia in actum quin O. tecipiat id,
quòd tuæ virtutes ei demonstrant de
se ipsis.

26. Igitur sicut materia deside-
rat aliam formam, quando conjunctio
quæ est inter eam & formam actua-
lem, corruptitur, ita, *Domine*, quan-
do O. habet in se N., & postea est
contra id, quod intelligit de A. &
C. & E. & G. & I. & L., tunc
privat in se N. ejiciendo à se B. &
D.

D. & F. & H. & K. & M.; quia sicut penna non habet quo se teneat in sagita, quando non est affixa ligno ipsius sagitæ, ita O. non habet quo teneat N. quando illud non intelligit nec memoria memorat nec voluntas vult virtutes & significaciones prædictas.

27. Sicut homo ebrius putat se non esse ebrium, vel homo amens putat habere sanam mentem, ita, *Domine*, sunt multi homines qui putant, quòd N. sit in sua memoria & intellectu & voluntate, quod non est in eis, dum voluntas non amat A. & C. & E. & G. & I. & L., & dum O. vult recipere B. & D. & F. & H. & K. & M.: Igitur sicut homo, qui somniat se esse indutum alba vel rubra veste, quando suscitatur à somno, se invenit nudum, ita peccatores, qui non amant tuas virtutes nec recipiunt significaciones carum; putant habere spem quam non habent, cum sua voluntas sit

con-

148 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
contraria tuis virtutibus amando vi-
tia, & sua memoria obliviscatur tua-
rum honorationum & tuæ justitiæ.

28. k. *Consolatio meæ spei!* Qui es
virtus meæ intelligentiæ, & placi-
tum meæ voluntatis. Intellectualiter
intelligimus, *Domine*, quod B. & D.
& F. & H. & K. & M. non con-
trariantur ad invicem demonstrando
A. & C. & E. & G. & I. & L. ip-
si O.; quia si aliquæ illorum contra-
riarentur ad invicem, O. intellige-
ret defectum in tuis virtutibus &
in earum significationibus: Igitur
cùm O. sit creatum ad intelligen-
dum perfectionem tuarum virtu-
tum & significationum earum, ut
N. possit formari in O., tunc im-
possibile est, quod illud possit intel-
ligere defectum in Te, cùm sit crea-
tum ad intelligendum perfectionem
in Te.

29. Igitur cùm hoc ita sit, *Do-
mine*, si O. intelligat, quod volun-
tas amet peccatum, necessariò oport-
et

tet illud intelligere, quod voluntas, quæ amat N., non amet justitiam; quia si N. amat misericordiam & peccatum, de necessitate oportet, quod non amet justitiam; quoniam qui justitiam & peccatum amat, non amat G. nec N.: Igitur cùm hoc ita sit, secundum hoc significatur ipsi O. quod nullus homo possit habere N., qui non amat justitiam & amat peccatum; quia adeo magnam injuriam facit voluntas hominis peccatoris ipsi G. quando disamat justitiam, quod in ipso G. esset injuria, si indulgeret illis, qui sunt contrarii justitiae, quia est impossibile quod tua Justitia sit injuriata per tuam Misericordiam.

30. Unde benedictus sis, *Domi-ne DEUS*, quia sicut est differentia inter credere & scire, eo quod in credere possit intrare veritas & falsitas, & in scire non possit capi falsitas, ita est differentia inter unam spem & aliam; quoniam spes non po-

150 B. Ray. *Lulli Lib. Contpēl. Vol. III.*
potest verè formari in O., si O. in-
telligat, quòd voluntas amet peccā-
tum, & non amet justitiam, secun-
dùm quód verè formatur, quando
O. intelligit, quod voluntas habeat
pœnitentiam peccatorum & petat mi-
sericordiam: Igitur sicut homo qui
falsō credit aliquam rem, mentitur,
quando affirmat illam rem esse ve-
ram, ita sunt contra veritatem &
contra N., qui putant illud N. ha-
bere per hoc quòd memorent mi-
sericordiam amando peccatum & di-
samando justitiam: Igitur cùm hoc
ita sit, *Domine*, qui habet aures au-
diat, & qui habet intellectum intel-
ligat, & qui habet memoriam sciat
memorare, quomodo amor sit ma-
jor inter tuam misericordiam & tuam
justitiam, quàm inter homines pec-
catores amantes peccatum & disa-
mantes justitiam & putantes amare
Misericordiam, quæ non amat ul-
lam voluntatem, quæ disimet justi-
tiam & amet peccatum, quod disa-
matur

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVI. 151
matur á Te qui es noster gloriosus
DEUS.

CAPUT CCCXLVI,

*Quomodo homo oret & contempletur
nostrum gloriosum DEUM, ut ei ostendat
artem & modum per quem infideles
possint dirigi & converti ad viam
perburabilis beatitudinis.*

i. **D**EUS gloriòse potens amator omnia. **D**nium honorum! Qui amas honorem in omnibus honorationibus. Qui Te vult orare & contemplari, ut possit à Te recipere gratiam & benedictionem, per quam sciat cognoscere & percipere artem & modum, per quem Catholici possint convertere infideles ad viam veritatis, ut Te verè orent & contemplentur, oportet, Domine, quod figuret figuras sensuales ut per eas possit elevarre suum intellectum ad figuræ intellectuales, quibus demonstratur ars &

152 B. Ray. *Lulli Lib. contēpl. Vol. III.*
& modus, quo homo cū tua gra-
tia & adjutorio potest convertere &
dirigere totum mundum ad gloriam
& laudem nostri Domini JESU Chris-
ti & suæ matris nostræ Dominæ sanc-
tæ MARIAE Virginis gloriofæ.

2. Igitur ut demonstremus figu-
ras intellectuales propterea, *Domine*,
figuramus figuræ sensuales poniendo
& dicendo, quod sit.

A. JESUS Christus.

B. Significatio ipsius A.

C. Christianitas.

D. Significatio ipsius C.

E. Mundus.

F. Significatio ipsius E.

G. Libera potestas & Sapientia &
voluntas.

H. Significatio ipsius G.

I. Potentia motiva.

K. Significatio ipsius I.

L. Perfectio.

M. Significatio ipsius L.

N. Humanus Intellectus, qui de-
bet recipere omnes significaciones
præ-

prædictas, ut possit percipere & cognoscere artem & viam & modum per quem homo potest convertere totum mundum ad viam salutis.

3. Unde henedictus sis, *Domine DEUS*, quia sicut per introitum magni caloris in potentiam vegetativam & per paucam quantitatem frigoris se vertit sensitiva ad sentiendum simili & imaginativa ad imaginandum fontes, & voluntas ad bibendum aquam frigidam, ita quando homo ponit B. & D. & F. & H. & K. & M. in N., tunc N. percipit modum & artem, per quam homo potest ejicere infideles à suo errore, & potest eos adducere ad Legem veritatis: Igitur cùm artes & modi secundùm quod major utilitas sequitur ex eis, sint utiliores & necessarios quàm alii, & cum adeo magna utilitas sequatur ex hoc quod infideles dirigantur in viam veritatis, placeat Tibi, *Domine*, quòd sicut cùm Apostolis incepisti modum extrahendi errantes da

154 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
ab errore, ita nunc reducas illum
modum & devotionem , quæ tunc
erat in mundo , quando Tu & A-
postoli plorastis & mortui estis ad la-
vandum & sanandum nostros lango-
res & nostras culpas.

4. b. *Domine qui Christianos occa-
sionas ad amandum tuas honorationes
repræsentando tua magna tormenta.
Sensualiter sentimus & intellectuali-
ter intelligimus , quòd B. demons-
tret & significet ip̄si N., quòd A po-
suerit in hoc mundo Vicarium & lo-
cum tenentem scilicet sanctum Pa-
trem Apostolicum & Cardinales &
Prelatos & Religiosos & Principes
& alios Christianos ; & quando N.
recipit id , quod B. ei demonstrat
de A. , tunc intelligit quòd C. sit
occasionatum ab A. ad manutenen-
dum in veritate illos , qui sunt in ea
& ad extrahendum ab errore illos ,
qui sunt in eo ; quia nisi hoc ita
esset , & esset oppositum , N. intel-*

ligeret, quod B. non demonstraret A. fecisse in hoc mundo Vicarium & Procuratorem, quod est contrarium nostræ sensualitati & intellectualitati.

5. *Amoroſe Domine!* Intellectually intelligimus B. demonstrare ipsi N. magnum onus, quo A. oneravit C. ad dirigendum & ordinandum E. ad gloriam & laudem ipsius A.; & dum N. recipit B. recipiendo demonstrationem magnæ obligationis in qua A. posuit C., memoria memorat magnam paupertatem & gravem mortem angustiosam, quam tuum corpus sustinuit pro amore ipsius C.; & quando memoria hoc memorat, N. intelligit D. quod demonstrat quomodo C. sit valde obligatum ad amandum A. & ad serviendum ei; & propterea memoria memorat infideles ignorantes & contempnentes & blasphemantes & inhonorantes A.; & quando eos memorat, tunc N. intelli-

156 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
telligit, quomodo voluntas ipsius C.
per id, quòd B. & D. significant,
sit valde occasionata ad volendum &
amandum honorationem & honorem
ipsius A.

6. *Virtuose Domine!* Postquam B.
& D. significaverunt ipsi N. obliga-
tionem, quam habet C. amandi ho-
norationem pertinentem ad A.;
tunc D. eidem demonstrat G. quod
C. recepit ab A., ut C. cum I. se
moveat ad honorandum & laudan-
dum ipsum A., & ut in ipso C. sit
L., per quod utatur C. ipso G.,
quod ei dedit A., ut M. demons-
tret perfectum C., & B. det ipsi N.
demonstrationem de perfectione ip-
sius A., in quantum est Creator &
in quantum est creatura.

7. c. *Misericors Domine!* In quo
misericordia tam piè & confidenter à
tot peccatoribus memoratur. Sensua-
liter sentimus & intellectualiter in-
telligimus, quod D. & F. & H. &
M. significant ipsi N. in E. non esse
ullum

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVI. 157
ullum populum, qui habeat tantam
sapientiam & potestatem honorandi
suum Creatorem, quantam habet
C., & quòd B. demonstret ipsi N.,
in E. non esse ullum populum, qui
habeat suam voluntatem adeò occa-
sionatam ad amandum suum Crea-
torem sicut C.: Igitur dum N. in-
telligit omnes istas significaciones,
K. ei demonstrat privationem, quam
habet L. in I., eo quòd I. non tan-
tum moveat G. in C. ad honoran-
dum A. quantum C. est ad hoc occa-
sionatum ad honorandum illud se-
cundūm quod B. demonstrat poten-
tialem motūm ipsius G. ad honoran-
dum A., ut A. actualiter honore-
tur á C., secundūm quod G. est po-
tentialiter in ipso C.

8. Et postquam N., *Domine*, re-
cepit omnes significaciones prædic-
tas, tunc aspicit & considerat K. &
H. in hoc quod D. demonstrat de
C., & per hoc N. intelligit, quód,
quoniam I. non est actualiter in po-
testa-

158 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
testate & sapientia in C. in honorando
A., non sit in voluntate; quia si volun-
tas esset in C. adeò magna in I, si-
cut est potestas & sapientia , tantum
moveretur I. in volendo quantum in
possendo & sciendo ; & si hoc ita
esset , C. tantum honoraret A. per
voluntatem , quantum potest per po-
testarem & sapientiam ; & quando N.
intelligit omnes istas res , tunc K. ei
demonstrat , quòd I. sit plús in po-
tentia & minus in actu in volunta-
te existentium in C. , quam in po-
testate & sapientia, & per hoc M.
demonstrat in C. plús esse priva-
tum L. in voluntate honorandi A.
quam in potestate & sapientia.

9. Igitur , qui vult cognoscere
& scire artem & modum per quem
homio ponat L. in G. sciat cognos-
cere & intelligere quomodo priva-
tio ipsius L. sit in voluntate existen-
tium in C. , eō quòd I. non tan-
tum moveat ipsam voluntatem quan-
ta est potestas & sapientia : Igitur cùm
hoc

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVI. 159
hoc ita sit, *Domine*, ars & modus
per quem C. potest convertere mun-
dum consistit in occationare I. ad
movendum se æqualiter per totum
G., quod est in C.; & quando N.
percepit & intellexit, quomodo mun-
dus possit dirigi ad unam fidem per
istum modum & artem, tunc N.
tentat an possit intelligere in alia le-
ge G. adcò magnum in possendo &
sciendo & in occasionando volun-
tatem, sicut est G. quod est in C.;
& quando N. hoc inquirit, tunc
F. ei demonstrat in E. non esse G.
æquale in potestate & sapientia & in
occisionata voluntate faciendi bo-
num sicut est G. quod est in C.

io. d. *Rex Regum & Domine Do-
minorum! Qui es amor meorum amo-
rum.* Qui vult juvare & consentire
ad hoc, ut totus mundus converta-
tur ad sanctam Fidem Romanam,
oportet, quòd laboret quantum pos-
sit, ut I. moveat voluntatem quæ
est in C. tantum quanta est potestas
&

160 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
& sapientia ipsius C. : Igitur cūm D.
demonstret ipsi N. in C. sanctum Pa-
trem Apostolicum & suos Cardina-
les habere sapientiam & potestatem
faciendi, quòd sancti Religiosi, quos
D. demonstrat esse in C.', instruan-
tur in diversis linguis, oportet, quòd
conetur quantum possit facere , quod
I. moveatur per totum G. ipsius
sancti Patris & Cardinalium, ut I.
æqualiter moveatur in G. sanctorum
Religiosorum , qui per tuam grati-
am habent sapientiam & potestatein
convertendi infideles , dùm I. sit æ-
qualiter in sua voluntate & potesta-
te & sapientia adjutis & licencia-
tis à G. Papæ & Cardinalium, in quo
sit I. æqualiter & non plús in po-
testate & sapientia quám in volun-
tate.

III. *Gloriose Domine!* Intellectua-
liter intelligimus, quòd B. die &
nocte incessanter significet & demons-
tret A. ipsi N. , ut I. quod est in
C. sit æqualiter in voluntate & sa-
pi-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVI. 161
ipientia & potestate honorandi A.,
ut A. honoretur & adoretur & lau-
detur à toto E.: Igitur sicut homo
habet liberam voluntatem faciendi
bonum & evitandi malum, ita D.
demonstrat, quod voluntas existenti-
um in C. habeat libertatem æqua-
lificandi I. ad honorandum A. per
totum G. ipsius C.; quia nisi ita
esset, B. non posset ipsi N. demons-
trare L. in A., sed quia I. labo-
riosiús & pigris moveretur in po-
testate & sapientia quam in volun-
tate, eo quod facilius sit velle quam
facere aliquam rem, propterea G.
alteratur in maiorem potestatem &
sapientiam, actualem, quam in volun-
tatem concordantem cum actuali
potestate & sapientia; & quando G.,
Domine, est alteratum & figuratum
in hac figura, tunc alteratur & pver-
titur in secundam figuram, & est ma-
jor voluntas in potentia sine I., quam
voluntas, quæ cum potestate & sapi-
entia actualiter movetur ad aliquod
aliud negotium. L 12. *Sanc-*

12. *Sanctificate Domine!* G. alteratur per I. in duas figurās prædictas ratione particularis & universalis I.; quia particulares ipsius C. non adducunt in actum I., quod habent potentialiter ad honorandam A. per totum G. universale ipsius C. æquāliter cum actuali potestate & sapientia ipsius G. universalis, sed in particulari quodlibet individuum ipsius C. habet majorem voluntatem sinè I. in actu quām sit actualis potestas & sapientia in quolibet eorum, & hoc evenit ratione diversitatis quæ est inter I. & potestatē & sapientiam & voluntatem cuiuslibet individuorum ipsius C.; igitur cum hoc ita sit, *Domine*, ars & modus esset, quod voluntas moveret potestatē & sapientiam, quia sicut homo movet unum corpus cum alio, ita voluntas moveret potestatē & sapientiam; quoniam I. non potest movere potestatē & sapientiam quin sit in voluntate.

13. e. *Potens Domine in omnibus potestatibus, gloriose Domine in omnibus gloriis!* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus, quod F. demonstret ipsi N. in E. esse L. & oppositum ipsius; & per hoc intelligit N. in E. esse veritatem & falsitatem, & dum N. hoc intelligit, F. ei demonstrat fortiorē rem esse L. in se, quam suum. oppositum, & per hoc M. demonstrat facilius esse veritatem vincere falsitatem quam è converso; & si hoc ita non esset & esset oppositum, B. non posset demonstrare ipsi N., quod L. sit in A.; & si in eo non esset, M. significaret in A. oppositum ipsius L., quod est impossibile; per quam impossibilitatem F. demonstrat ipsi N. veritatem in E. esse fortiorē falsitate secundūm quod supra probavimus.

14. Igitur cūm hoc ita sit, *Domine, ars & modus est, quod homo primò moveat potentiam sensitivam illorum qui in C. habent majus G.,*

ut

ut I. æqualiter moveatur in G. sancti Patris Apostolici & Cardinalium & Prælatorum & Religiosorum & Principum; quia si I. moveat potest ratem & sapientiam cum voluntate prædictorum, necessariò oportet, quòd L. intret in C. & per C. in E. cum adjutorio, quod habebit ab A.; & si ita sit, quòd I. non possit movere G. prædictorum, oportet, quòd illi qui æqualiter moventur ab I. cum æquali voluntate & potestate & sapientia, precent & orient & contemplentur A. & se laffigant, quo usque A. per meritum ipsorum moveat voluntatem secundum potestatem & sapientiam, quam dedit sancto Patri & aliis prædictis.

Sicut aqua moveat rotam & rotam moveat molam & mola contendo triticum facit farinam, ita, Domine, oportet, quòd I. primo moveatur ad movendum majus G. quod est in C., & per motum illius oportet moveri alia individua ipsius C.,

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVI. 165.
C., & necessariò oportet, quòd I. intellectualē primò moveatur, ut possit movere I. sensuale; quia sicut rota non posset moveri sīnè motu aquæ, nec mola sine motu rotæ, nec farina sīnè motu molæ, ita I. sensuale non potest moveri sīnè intellectuali, nec individua ipsius C. possunt moveri ad convertendum E. sīnè motu intellectuali & sensuali majoris G., quod in C. est locum tenens ipsius A., quod ei dedit liberam voluntatem & potestatem ponendi L. in C. ad suum honorem, ut L. possit intrare in E., quod est creatum ad reverendum & honorandum ipsum A.

16. f. *O Domine! qui plorasti & mortuus es præ magna influentia amoris.* Intellectualiter intelligimus B. demonstrare, quòd A plús obligaverit caput quòd est in C., quam ullum aliorum membrorum ipsius C., quia sicut caput hominis est virtuosius in hoc quòd contineat plures sensus sensuales

166 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
suales quám ullum aliud membrum
corporis, ita caput ipsius C. con-
tinet majorem potestatem quàm ul-
lum aliorum individuorum, quæ po-
testas ipsum plús obligat ad ponen-
dum L. in C., ut totum E. intret
in ipsum C. ad gloriam & laudem
ipsius A.: Igitur cùm hoc ita sit,
primò oportet, quod I. se move-
at in capite ipsius C. ut totum C.
moveatur per motum capitis ad ho-
norandum A. inducendo E. ad ipsum
C., & propterea oportet mitti nun-
cios ad Saracenos per motum, quem
habeat I. in capite ipsius C., ut Sa-
raceni videant res in quibus concor-
dant & discordant cum C. secundùm
id, quod B. demonstrat ipsi N., &
in rebus in quibus concordant, opor-
tet, quód moveant I. ad res, in
quibus discordant, ut rationibus &
quæstionibus inquirant, quænam Le-
gum demonstret ipsi N. magis per-
fectas tuas Virtutes.

17. *Gratiōse Domine! Quando N.
intel-*

intelligit id, quod B. ei demonstrat de A., & memoria memorat tuam sanctam Trinitatem & sanctam Incarnationem quam B. demonstrat de A. non esse tales, quales Saraceni & Iudei putant nos credere in A., tunc N. intelligit contrarietatem, quæ est inter nos & illos, esse, quia non intelligunt id, quod nos credimus, & putant nos credere de A. id quod non credimus, & non sciunt quid de cō credamus & sciamus; quoniam in hoc quod ipsi audiant *Trinitatem*, putant nos credere in tres Deos, & credere Patrem esse ante Filium; & in hoc quod audiant *Incarnationem*, putant nos credere Deitatem esse alteratam & mortuam, & propterca dissensio est facta in prædicato quando dicimus: *DEUS est unus in Trinitate*, & *DEUS est incarnatus*: unde si ipsi intelligerent prædicatum, secundūm quod nos illud intelligimus, non essemus dissentientes, sicut non dissentunt illi qui-
rum

168 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
rum unus dicit *licitum est fecere malum*, & alius *non est licitum facere malum* loquente & intelligente uno de malo poenæ ad faciendum justitiam, & alio de malo culpæ, licet quilibet putet contradicere alteri in eo, in quo ei non contradicit: Igitur cùm hoc ita sit, propterea Papa & Principes deberent mittere nuncios ad infideles, ut eis darent notitiam de prædicato quod non intelligunt, ut cum C. in subiecto & prædicato concordarent.

18. *Vere Domine!* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus B. demonstrare ipsi N., quòd C. receperit ab A. potestatem constrin-gendi aliquos Saracenos, qui sunt captivi & aliquos Judæos, ut addiscant, quomodo nostra fides credat in subiecto & prædicato quando dicitur: *unus DEUS in Trinitate & Filius DEI est incarnatus;* & si ipsi propter timorem ipsius C. hoc addiscerent & intelligerent, sicut pueri addiscunt lectio-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVI. 169
lectionem propter timorem magistri
necessariò oporteret, quòd I. mo-
veret eos vel aliquem eorum ad C.,
sicut movet C. ad recipiendum id,
quòd B. demonstrat de A.; & infi-
deles qui intrarent in C., conver-
terent alios; & dum N., *Domine*,
intelligit istum modum, memoria
memorat, quòd multi Judæi con-
verterentur, si haberent de quo vive-
rent, & multi Saraceni, nisi essent
inhonorati inter existentes in C.; &
propterea N. intelligit, quòd B. de-
monstrat A. dedisse ipsi C. potesta-
tem dandi victum & tenendi hono-
ratos infideles qui volent intrare in
C., dummodo I. moveat voluntati-
tem in G., ut moveatur potestas &
sapientia ipsius C.

19. g. *Glorificator Domine!* qui es
Creator & Recreator. Intellectualiter
intelligimus B. significare & demons-
trare ipsi N., quòd A. habeat G.
deducendi infideles in C.; quia ali-
ter B. demonstraret ipsi N., quòd
L.

170 B. Ray. *Lulli Lil. Contēpl. Vol. III.*
L. non esset in A.: Igitur cūm L.
sit in A., per hoc N. intelligit A.
habere Potestatem Sapientiam & Vo-
luntatem deducendi cum L. errantes
ad C.; & dum N. hoc intelligit,
memoria memorat multos esse erran-
tes in E. qui non sunt in C., & prop-
terea N. miratur, quomodo A. quod
habet in se L. non adducat ad C.
errantes ipsius E.; & dum N. isto
modo miratur, M. ei demonstrat,
quòd si A. cogeret liberam volun-
tatem errantium, & eos constringe-
ret ad intrandum in C. vel cogeret
liberam voluntatem existentium in C.,
ut constrictè cogerent errantes intra-
re in C., M. demonstraret ipsi N.
quòd L. non esset in A. nec in C.,
& per hoc N. intelligit A non velle
esse contra liberam voluntatem ip-
sius C. nec infidelium, quia aliter
Creator esset contra liberam volun-
tatem quæ est sua creatura, quod est
impossibile.

20. Igitur cūm hoc ita sit, *Do-*
mine,

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVI. 171
mine, ars & modus est, quod I. quod
est in C. se moveat liberè per to-
tum G. ipsius C. ad movendum li-
beram voluntatem infidelium, ut in-
trent in C., quod I. ipsius C. opor-
ter moveri per id, quod B. demons-
trat ipsi N. de A.; sed quando C.
exspectat, quod A. moveat illud cons-
trictè vel moveat infideles ad ipsum
C., & C. & infideles non recipi-
unt cum L. id, quod B. cum ipso
L. demonstrat de A., tunc M. de-
monstrat defectum ipsius L. in C.;
& idcò qui vult, quod L. sit per-
fectè in C., moveat I. intellectua-
le infideliū cum I. intellectuali ip-
sius C., ut I. sensuale infideliū mo-
veatur ad C. per motum I. intellec-
tualis quod recipiat id, quod B. de-
monstrat de A.; sed quando I. sen-
suale existentium in C. vult cogere
I. sensuale infideliū sinè I. intel-
lectuali, tunc M. demonstrat L. non
esse in illis, & propterea infideles non
posse intrare in C., nec existentes
in

172 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.*
in ipso C. esse dignos introitu ipso-
rum, cō quōd vēlint eos introduce-
re contra id, quod B. demonstrat
de A.

21. *Pie Domine!* Sicut forma ar-
tificialis est potentialiter in materia,
ita D. demonstrat ipsi N., quōd L.
potentialiter sit in E. per potestatem
& sapientiam, quam B. demonstrat
C. recepisse ab A. & per obligatio-
nem, quam habet voluntas ipsius C.
volendi pro amore ipsius A., quōd
L. sit in E., ut totum E. sit in C.,
& C. laudet & honoret ipsum A.; &
si C. moveat suum I. intellectuale
ad dirigendum I. intellectuale infi-
delium, tunc est licitum, quōd per
arma & per vim sensualem movea-
tur I. sensuale ipsius C. contra I.
sensuale infideliū, quōd vult des-
truere I. sensuale ipsius C.: Igitur,
cūm hoc ita sit, per hoc M. signi-
ficat ipsi N., quōd L. potentialiter
sit in E., & infideles potentialiter sint
in C.; & si caput ipsius C. accipe-
ret

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVI. 173
ret sufficiētes Thesauros & reditus
ā G., & eos assignaret in perpetu-
um ad movendum I. sensuale & in-
tellectuale ipsius C. contra I. sensua-
le & intellectuale infidelium, tunc
forma pōtentialis ipsius L. veniret de
potētia in actum in E., & de E.
in C. in tantum quōd totum E. es-
set subditū ipsi C., & pēr hanc sub-
jectionem I. moveret totum G. ip-
sius E. ad laudandum & glorifican-
dum A. in C.

22. h. *Dōmine largitor gratiarum &*
virtutum tuis amatoribus! Sensuali-
ter sentīmus & intellectualiter intel-
ligimus, quōd M. demonstret ipsi N.
plūs esse L. in E. in quibusdam re-
bus quām in aliis, sicut ipsum L. est
plūs in animalibus quām vegetabili-
bus, & plūs in animalibus rationa-
libus, quām in irrationalibus, & plūs
in hominib[us] justis, quām in injus-
tis; & dum N. recipit M., tunc K.
ei demontat, quōd, quanto L. est
plūs in E. in quibusdam rebus quām
in

174 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
in aliis, tantò plùs G., quod est in
C., deberet conari, quòd L. esset
plùs in rebus melioribus; & quando
N. recipit K., D. ei demonstrat cum
H., quòd G., quòd non est in C.,
esset multò inclius in ipso C., quām
extra illud, & quando N. intelligit
D. & K., demonstrat B. ipsi M. quòd
A. vellet totum G., quod est in E.,
esse in C., & per hoc B. obligat
G. ipsius C. ad movendum se cum I.
æqualiter per totum G., ut G. quod
non est in C., intret in C.

13. *Glorioſe Domine!* Quando I.
movet G. in E., plùs ex amore rerum
sensualium, quām ex amore rerum
intellectualium, tunc N. intelligit L.
tantum privari in E., quantum K.
demonstrat I. plús moveri á rebus
sensualibus, quām ab intellectuali-
bus; & dum N. intelligit istas signi-
ficationes, D. demonstrat, quòd C.
non possit comprehendere totum G.
quod est in E. ratione negotiationis
quam habet majorem in rebus sen-
suali-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVI. 175
sualibus quàm in intellectualibus : unde quando homo vult convertere I. ad movendum se in G. plús pro amo- te rerum intellectualium quàm sensualium , tunc H. demonstrat , quòd C. poterit continere totum G. quod est in C. dummodo totum I. ipsius C. det primam intentionem rebus intellectionibus & secundam intentionem sensualibus.

24. *Perfecte Domine !* Intellectua- liter intelligimus , quòd B. demons- tret ip̄si N. plús A. amare & ei plús placere , quòd C. moveat suum I. intellectuale contra I. intellectuale infideliū , quàm quòd moveat suum I. sensuale contra I. sensuale infideliū ; & si B. hoc non signifi- caret de A. , L. non esset in A. nec in B. , quod est impossibile , per quam impossibilitatem N. intelligit multò plures esse infideles , quos tua huma- na Naturà & Apostoli adduxerunt ad C. armis intellectualibus quam sint infideles , quos C. adduxit ad se ip- sum

176 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
sum armis sensualibus; & quando N.
hoc intelligit, tunc M. ei demons-
trat L. oportere intrare in E. plus
per motum intellectualem ipsius I.,
quam per sensualem: Igitur cum hoc
ita sit, qui vult videre artem & mo-
dum convertendi mundum ad C.,
videat quomodo per motum intel-
lectualem ipsius I. in G. possit fieri
major conversio quam per motum
sensualis.

15. i. *Magne Domine super omnes magnitudines, honorate Domine super omnes honorationes.* Sensualiter senti-
mus & intellectualiter intelligimus,
quod quando B. demonstrat ~~A.~~ ipsi
N., in C. sint mulri homines Reli-
giosi & Laici, qui vellent mori ad
honorandum A. in E.; sed quia L.
non est in I., propterea I. non mo-
vetur sensualiter ad moyendum G.;
& ideo C. non potest continere, to-
tum G., quod est in E., quod con-
tineret, si I. moveretur sensualiter
in G. ipsius E., quando N. quod est
in

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVI. 177
in C. recipit id, quod B. demons-
trat de A.

26. *Cælestis Domine!* quando ali-
qui homines ex C. venerint ad hoc,
quòd moveantur ab I. intellectuali
ad honorandum A. per totum E., &
non dubitet sustinere mortem pro
amore ipsius A., tunc oportet, quòd
Caput ipsius C. & sui Consiliarii &
Principes & Prælati se moveant ad
dandum artem & modum, quomodo
beati homines moti intellectualiter
ad honorandum A. in E., movean-
tur sensualiter per totum E., ut A.
honoretur per totum ipsum; quæ ars
& modus est, quòd eis dentur ma-
gisti & libri & eis fiant expensæ, ut
se possint movere sensualiter secun-
dùm motum intellectualis; & opor-
tet, quòd per libros qui melius de-
monstrant veritatem de A. & meli-
ùs dant devotionem existentibus in
C., reducatur devotio, quæ erat in
tempore Apostolorum, quia per ig-
norantiam, quam N. habet, quan-

M

do

178 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
do non scit recipere B., non potest
G. habere devotionem per quam mo-
veatur ab I. intellectualiter nec sen-
sualiter, & in hoc deperditur, quòd
totum G. quod est in E., non pos-
sit intrare in C.

27. *Juste Domine!* multi homines
sunt opinantes, quòd A. non velit
totum G. quod est in E. intrare in
C.; & propterea I. non movetur in
eis ad convertendum G. quod est ex-
tra C.: & per hoc M. demonstrat,
quòd L. non sit in N. taliter opi-
nantium, & D. demonstrat, quòd
ipsum N. non recipiat id, quod B.
demonstrat de A.; quia si ipsum hęc
reciperet, intelligeret, & memoria
memoraret quomodo A. & sui A-
postoli sustinuerint multos labores &
valde gravem mortem ut totum G.,
quod est in E., adducerent ad C.,
sed quia N. non recipit B., & ha-
bet dubitationem in A., propterea
G. non movetur ad devotionem, ut
A. honoretur & cognoscatur per to-
tum

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVI. 179
tum E.: Igitur melior ordinatio quam
homo posset facere ad convertendum
E., esset, *Domine*, quod per nece-
ssarias rationes faceret ipsum E. cog-
noscere id, quod B. demonstrat ip-
si N. de A.

28. K. *O Domine! qui es lumen om-
nium luminum & splendor omnium
splendorum.* Sensualiter sentimus &
intellectualiter intelligimus, quod F.
demonstrat ipsi N. multos homines
esse in E., qui non credunt in DE-
UM, nec habent cognitionem de
C. & sunt idololatræ; & quando N.
intelligit, quomodo A. demonstre-
tar per B. ipsi C., ut infideles in-
trent in illud, tunc N. intelligit,
quod si Caput ipsius C. ordinaret
homines, in quibus L. est majus,
esse procuratores illorum, & Cardi-
nales ordinarent illum in quo L. est
majus, esset Caput ipsius C., tunc
esset I. occasionatum ad movendum
se per totum C., ut introduceret in
ipsum C. totum G. quod est in E.,
quia

180 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
quia sicut corpora majora movent
minora , & virtutes maiores movent
minores, ita oportet L. majus esse
motorem minoris.

29. *Singularis Domine!* Sensuali-
ter sentimus & intellectualiter intel-
ligimus legem Saracenorum plūs ac-
cedere ad C. quām ulla alia lex; &
dum D. hoc demonstrat ipsi N., N.
intelligit I. esse majus in G. Sarace-
norum quām in ullo alio populo exis-
tente extra C. ; & quia N. hoc in-
telligit, memoria memorat, quòd
C. , in quantum melius concordat
cum Saracenis quām cum ullo alio
populo , faciliùs possit convertere ip-
pos quām ullum alium populum; &
quando memoria hoc memorat, N.
intelligit C. debere plūs & vigoro-
siùs movere suum G. contra G. Sa-
racenorum quām contra ullum ali-
um populum, eò quòd memoria me-
moret majus G. quòd sit in E. post
G. quod est in C. esse G. Saraceno-
rum; & dum N. hoc intelligit F. ei
demonstrat

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVI. 181
demonstrat, quod, postquam C. convertisset Saracenos, facile ei esse convertere omnes alios qui sunt in E.
30. *Gloriose Domine!* sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus, quod, quanto C. cresceret si converteret Saracenos, tanto posset Caput ipsius C. facere plures & majores partes ad dandum servientibus A., quando recipiunt B.; & quanto partes essent plures & majores, tanto possent servi esse plures & meliores: Igitur cum hoc ita sit, & nos demonstraverimus artem & modum per quem cum tua gratia totus mundus possit converti ad sanctam Fidem Catholicam, qui est in C. verus amator ipsius A., pergit ulterius cum magno I. in G. amando orando & ferventer contemplando A. ad tractandum, quomodo illud honoretur per totum E., ut L. sit in toto ipso E. & totum G. ipsius E. sit in C. ad gloriam & laudem & reverentiam & honorem nostræ Domi-

næ

182 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
næ sanctæ MARIÆ Virginis glorio-
sæ & sui honorati Filii glorioſi , qui
eſt noster Dominus DEUS J E S U S
Christus.

CAPUT CCCXLVII.

*Quomodo homo orando & contemplan-
do gratias agat nostro Domino DEO
propter magna bona , que dat, &
magnas culpas , quas re-
mittit.*

i. a. **O** DEUS honorate glorioſe! cui ſit
gloria & honor ſemper, & omni
quod tuum eſt. Qui vult orando & con-
templando agere tibi gratias pro mag-
nis indulgentiis & magnis donis, quæ
recepit à Te, oportet , Domine , quod
faciat figuræ ſenſualeſ, ut poſſit ele-
varc ſuum intellectum & figuræ in-
tellectualeſ, per quas habet homo
cognitionem & perceptionem de gra-
tiis , quibus eſt obligatus ad laudan-
dum & orandum & contemplandum
ſuum glorioſum DEUM.

2. Igi-

2. Igitur cùm hoc ita sit , *Domine* , propterea ad laudem & gloriam Tuí, ponimus & dicimus quód sit

A. DEUS.

B. significatio ipsius A.

C. Divina Trinitas sive *esse* ipsius.

D. significatio ipsius C.

E. *Non* Trinitas sive *non esse* ipsius.

F. Significatio ipsius E.

G. Divina Incarnatio sive *esse* ipsius.

H. Significatio ipsius G.

I. *Non* Incarnatio sive *non esse* ipsius.

K. Significatio ipsius I.

L. Gratiæ sive gratiarum actiones.

M. Intellectus hominis , qui debet recipere significations predictas, ut habeat cognitionem de gratiis , quas debet agere suo pio liberali & misericordi DEO.

3. Unde , quia Judæi & Saraceni , *Domine* , contendunt contra Christianos super tua gloria Trinitate & super tua virtuosa Incarnatione, propterea oportet , quód homo ponat B.

&

184 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.*
& D. & F. & H. & K. in M., ut
M. recipiat quamlibet harum signi-
ficationum ad tentandum & proban-
dum, per quam earum possit meli-
us intelligere se esse obligatum ad
agendum tibi gratias propter bona,
quæ das, & peccata, quæ remittis;
quia illæ significaciones, quæ plús o-
bligant hominem ad agendum gra-
tias ipsi A., demonstrantur veræ, &
dant voluntati animositatem agendi
gratias, secundūm quod intellectus
intelligit magnam rationem quam ha-
bet agendi gratias pro bonis quæ re-
cipit.

4. b. *O Domine! qui honoras hono-
rantes Te, & qui exaudis gratias a-
gentes tibi & benedicentes Te. Intel-
lectualiter intelligimus B. demonstra-
re ipsi M. quòd in A. sit perfecta
Potestas & Sapientia & Voluntas &
Justitia & Misericordia & Humilitas.
& Pietas & Patientia & Perfectio
omnium Virtutum; & quando illud
M. recipit omnes istas demonstratio-
nes,*

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVII. 185
nes, quas B. ei dat de A., tunc for-
matur in M. cognitio tuæ excellen-
tis Bonitatis quæ est Bonitas super
omnes bonitates & virtus super om-
nes virtutes.

5. Et postquam M. recipit hanc
demonstrationem, quam B. ei dat
de tua magna Bonitate, *Domine*,
tunc M. intelligit, quòd B. ei de-
monstrat in A. non esse ullum viti-
um nec ullum peccatum nec ullum
defectum; & quando M. recipit hanc
demonstrationem, & intelligit in A.
esse omnem perfectionem, tunc se-
sentit adeò honoratum & exaltatum
& beneficiatum & aggratiatum per
demonstrationem, quam B. ei dat de
A., quòd non sit cor, quod hoc
posset cogitare nec lingua, quæ hoc
posset dicere.

6. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia quando M. se sentit to-
tum plenum gratia & virtute per de-
monstrationem prædictam, tunc me-
moria memorat in hoc mundo esse
mul-

186 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
multum boni & mali, & dum me-
moria hoc memorat, M. se vertit
ad B., ut ab eo recipiat id, quòd
ei demonstrat de A., & tunc B. ei
demonstrat omne bonum, quod est
in hoc mundo venisse ab A., & om-
ne malum culpæ & omnia peccata &
vitia venisse accidentaliter ab alia re,
quæ non est A.; & quando M. in-
telligit hanc demonstrationem, tunc
intelligit se valde esse obligatum ad
dandum L. ipsi A.; quia quantò in-
telligit prædictas demonstrationes,
tantò intelligit se obligatum ad lau-
dandum & benedicendum A. & ad
dandum L. ipsi A., quod adeò no-
bilem cognitionem ei dat.

7. c. *O Domine! qui majores amores
amas plūs quam minores in tuis ama-
toribus.* Intellectualiter intelligimus
B. demonstrare ipsi M., quòd A. il-
lud creaverit, ut simul cum memo-
ria & voluntate recipiat id, quod B.
demonstrat de ipso A.; & ut omnes
tres virtutes animæ recipiant grati-
am

Lib.V. Dist.XL. Cap. CCCXLVII. 187
am & benedictionem ab A., & M.
habeat cognitionem & memoria re-
cordationem & voluntas placitum de
omni quod B. demonstrat de A.

8. Et quando M., *Domine*, in-
telligit meliorem creaturam, quæ sit,
esse memoriam, quæ memorat & in-
tellectum qui intelligit & volunta-
tem quæ amat A. & B., & quando
M. intelligit ab A. sustineri & aggra-
tiari animam hominis ad memoran-
dum & intelligendum & amandum
illud, tunc quantò M. potest intel-
ligere id, quod B. ei demonstrat de
A., & nobilitatem quam habent me-
moria & intellectus & voluntas, quæ
fruuntur ipso A., tantò intelligit B.
occasionare omnes tres virtutes ad
agendum gratias ipsi A., secundùm
quòd memoria memorando & intel-
lectus intelligendo & voluntas aman-
do possunt sufficere ad agendum gra-
tias ipsi B., quod est virtus ipsius
A.

9. Nam quando anima, *Domine*,

me-

188 B. Ray. *Lulli Lib. Contpēl. Vol. III.*
memorat & intelligit & amat A., tunc
exit ab ipso A. virtus quæ est B., quæ
facit in memoriā memorare & intellec-
tum intelligere & voluntatem anima-
re illud A., & propterea est anima
obligata ad agendum gratias ipsi B.
dandi virtutem ipsi M., ut det L.
ipsi A.: igitur sicut peccatum dicitur
nihil per hoc, quod sit res modica in
quantum exit accidentaliter ab homi-
ne, qui est res modica, & ipsum pec-
catum est magna culpa per hoc, quod
sit contra tuam magnam Bonitatem &
contra finalem rationem hominis, ita
M. intelligit se esse adeò modicam rem.
per seipsum, & adeò magnam rem per
B., quod ei demonstrat A. & per re-
ceptionem hujus demonstrationis &
per L. quod dat ipsi A., quod prop-
terea M. se intelligat valde modicum
quoad se ipsum ad dandum L. ipsi A.
& valde magnum quoad id, quod re-
cipit per gratiam & benedictionem ip-
sius A.

10. d. *Domine! qui es consolatio &*
spes

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLXVII. 189
spes amantium TE verâ voluntate. In-
tellectualiter intelligimus, quod, quan-
do M. recipit id, quod D. ei demons-
trat de C., tunc B. ei demonstret tres
Proprietates diversas, quae sunt Per-
sonæ divinæ in A. significatæ ipsi M.,
ut jam probavimus per Infinitatem Vi-
tam Æternitatem & Potestateim, Sa-
pientiam, Voluntatem & Simplicita-
tem, Gloriam Perfectionem, quas B.
ei demonstrat de A.

ii. Et quando M. , *Domine*, re-
cepit tres prædictas diversas propri-
tates per novem virtutes prædictas,
tunc B. demonstrat ipsi M. Infinita-
tem Potestatem & simplicitatem. de-
monstrare proprietatem Paternitatis,
& Vitam Sapientiam & Gloriam de-
monstrare proprietatem Filiationis, &
Æternitatem Amorem & Perfectio-
nem demonstrare proprietatem Pro-
cessionis ; & quando M. intelligit &
recipit demonstrationem , quam B. ei
dat de his tribus proprietatibus diver-
sis , tunc est adeò plenum virtute &
gra-

190 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
gratia ad intelligendum & cognoscen-
dum, quòd propterea se intelligat to-
tum obligatum & subditum ad dan-
dum L. ipsi A. ex omnibus suis vi-
ribus per id, quòd B. ei demonstrat
de ipso A.

12. *Gloriose Domine!* quanto M. in-
telligit in A. tres proprietates ab in-
vicem diversas & intelligit onines ip-
fas esse unam simplicem naturam di-
vinam, tantò M. intelligit se subtilius
& virtuosius & perfectius in intelli-
gendo ; & dum hoc intelligit, memo-
ria memorat , quòd C. sit ipsi M. oc-
casio virtuosiùs intelligendi , & dum
M. intelligit id, quod memoria me-
morat , memoria ei repræsentat tuam
Infinitatem & alias virtutes prædic-
tas facere intellectum plùs intelligen-
tem , quando recipit B. & D. , quàm
si reciperet B. & non D. , & per hoc
intelligit intellectus se & memoria in
& voluntatem esse in magna obliga-
tione dandi L. tuæ Infinitati & aliis
tuis virtutibus & tuis sanctis tribus
proprietatibus diversis. 13. e.

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVII. 191
13. e. *O Domine! qui exaltas valorem amantis tuum amorem, & auges meum amorem in tua laude.* Sensuali-
ter sentimus & intellectualiter intel-
ligimus, quod M. quando fruitur vir-
tute, quam B. ei demonstrat de A.,
& intelligit se ipsum, tunc intelligat hominem esse unam substantiam unitam ex tribus rebus, scilicet ex anima & corpore & coniunctione utriusque; & dum M. hoc intelligit, memoria ei representat B. demonstrare ipsi M., quod A. sit una substantia & tres res: & quando M. recipit id, quod B. demonstrat de A. & intelligit unitatem & Trinitatem, quae sunt in homine, tunc intelligit se valde obligatum ad dandum L. ipsi A., eō quod intelligat hominem esse unum & tres res, sicut intelligit A. esse unam essentiam in Trinitate.

14. Et quando M. intelligit, *Do-*
mine, hanc obligationem, quam ha-
bet, laudandi & benedicendi Te per
hoc quod creaveris hominem in uni-
tate

192 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
tate & Trinitate, tunc memoria ei
representat animam esse unam s̄bustan-
tiam intellectualē unitam ex tribus
rebus, quæ sunt materia & forma in-
tellectualēs & conjunctio per quam
ipsæ conjunguntur; & quando M. in-
telligit hoc, quod memoria ei repre-
sentat & intelligit Sanctam Unitatem
& Trinitatem, quam B. demonstrat
in A., tunc intellectus & memoria
& voluntas se sentiunt in valde mag-
na obligatione agendi gratias ipsi A.,
quod creavit animam ad suam simi-
litudinem in unitate & Trinitate; quia
quantò M. plūs intelligit animam si-
milem ipsi A., tanto B. melius ei de-
monstrat ipsum A., & M. melius il-
lud intelligit, & memoria melius il-
lud memorat & voluntas melius illud
amat, & propterea anima quantò se
cognoscit similiorem ipsi A., tanto
se sentit virtuosiorē, & quō virtuo-
siorē se sentit, eo obligatiorem se
cognoscit ad agendum gratias ipsi
A.

15. *Æter-*

15. *Æterne Domine!* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus quasdam creaturas recipere ab A. majorem virtutem quam alias, sicuti animalia, quae per gratiam & creationem recipiunt majorem influentiam virtutis ab A. quam vegetabilia & animalia rationalia majorem quam irrationalia; Igitur cum hoc ita sit, quando M. affirmat C. esse verum & memorat hominem esse unum & esse tres res, & hoc idem intelligit de anima & corpore, tunc intelligit multò majorem virtutem recipere creaturam à suo Creatore per hoc quod C. sit verum, quam si esset falsum; & quando M. hoc intelligit, tunc B. & D. concordant in ipso M. quod intelligit valde magnam influentiam virtutis habere creaturam à suo A., ut illud M. det L. ipsi A. cum valde magna memoratione memoriae & cum valde magna affectione voluntatis propter magnam cognitionem quam M. habet de obliga-

N

tione

194 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
tione in qua est homo orandi & con-
templandi & laudandi & benedicen-
di A.

16. f. *DEUS honorate gloriose! In*
quo sperant justi & peccatores. Quan-
do B. demonstrat A. in unitate &
Trinitate, tunc M. recipiendo hanc
demonstrationem intelligit plus quam
intelligeret, si solam unitatem intel-
ligeret, & dum hoc intelligit, me-
moria memorat B. habere majorem
virtutem in significando A., quando
illud significat in unitate & Trinita-
te, quam haberet, si illud significaret
solum in unitate, & quando M. in-
telligit id, quod memoria memorat,
intelligit in se majorem virtutem,
quando recipit a B. significationem
demonstrantem in A. unitatem &
Trinitatem, quam haberet si solum
reciperet significationem demonstran-
tem in A. unitatem sine Trinitate.

17. *Gloriose Domine!* Sensualiter
sentimus & intellectualiter intelli-
mus omnem substantiam creatam si-
ve

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVII. 195
ve sensualem sive intellectualem ha-
bere virtutem repræsentandi ipsi M. se
esse unam & tres res & se multò plus
valere per hoc quod sit una & tres res,
quam si tres res non essent in ea; &
quando M. recipit id, quod omnes
creatüræ ei demonstrant virtutem de
unitate & Trinitate, memoria memo-
rat quòd si M. habet virtutem recipien-
di & cognoscendi id, quod quælibet
substantia creata ei demonstrat de sua
virtute, in quantum est una & et
tres res, quanto plus illud M. habet
virtutem recipiendi id, quod B. ei
demonstrat de A.; & quantò plus B.
habet virtutem demonstrandi A. quam
creatüræ demonstrandi se ipsas ipsi
M.; & dum M. hoc intelligit, me-
moria memorat necessariò oportere
esse in veritate id, quod D. demons-
trat de C.; quia si esset in veritate
id, quod E. negat, sequeretur, quòd
M. haberet majorem virtutem in in-
telligendo creaturas quam Creatorem,
& quòd creatüræ possent demonstra-

re

196 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
re majorem virtutem de se ipsis, quam
B. de A., quod est impossibile.

18. *Misericors Domine!* Postquam
M. intellexit omnes prædictas res per
rationes necessarias, memoria & vo-
luntas se vertunt ad D. quando in-
tellectus non potest intelligere C.;
& per magnum amorem quem vo-
luntas habet erga C., credit in illud
mortificando ipsum intellectum; &
per hoc formatur fides in voluntate
& memoria; & quando M. intelligit
fidem & legem, tunc intelligit ma-
jorem virtutem in voluntate & me-
moria per hoc, quòd credant in C.
id, quod illud non intelligit, quám
si haberent fidem in E. sine mortifica-
tione ipsius intellectus; & dum M.
hoc intelligit, memoria memorat
magnum gratiam, *Domine*, quam fa-
cis omnibus tribus virtutibus, quan-
do M. intelligit C. per rationes ne-
cessarias; & quando memoria & vo-
luntas credunt in eo mortificando in-
tellectum, per hoc intelligit M. quòd
homo

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVII. 197
homo secundum gratiam & virtutem
quam recipit per intelligere vel per
credere C. in A. sit obligatus ad dan-
duin L. ipsi A.: Igitur cum per C.
formetur & figuretur maius L. quam
per E., per hoc intelligit M. quod C.
sit verum, & E. falsum.

19. g. *Gratiōse Domine plene omni-
bus gratiis! Qui es benedictio omni-
um beatitudinum.* Quando M. intel-
lexit virtutem, quam in se sentit per
id, quod D. demonstrat de C. in A.,
tunc vult tentare an sentiet tantam
virtutem, quando recipit F., quan-
tam quando recipit C., & dum M.
affirmat in A. Unitatem & negat Tri-
nitatem, tunc intelligit in se per E. mi-
nui unam virtutem intelligendi de-
duabus quas habeat, quando intelli-
gebat Unitatem & Trinitatem in A.;
& quia M. intelligit majorem virtu-
tem esse intelligere Unitatem & Tri-
nitatem quam intelligere solam Uni-
tatem, per hoc intelligit se habere
majorem virtutem agendi gratias ip-

si

si A. per id, quod ei dat virtutem intelligendi, quām per id, per quod ei deficit virtus intelligendi, & hoc idein est intelligendum de Fide.

20. *Amoroſe Domine!* Quando M. aspicit & estimat per quam naturam L. melius possit augeri & multiplicari scilicet an per C. vel per E., tunc D. demonstrat ipſi M., quod intelligere aliquam rem esse unam quin sit in tribus rebus, vel intelligre tres res quin sint unitæ in una re, non sit adeò magna virtus intelligendi si-
cūt est intelligere unam rem esse tres res, & tres esse unam simplicem subs-
tantiam; & quando M. recepit de-
monstrationem, quam D. ei dat de
C., tunc se vertit ad F., quod ru-
diter & sinè ulla subtilitate demons-
trat A. non esse tres DEOS nec tres
homines esse unum hominem: &
quando M. recepit ambas demonstra-
tiones, tunc se vertit ad B. quod ei
demonstrat, quód A ei dederit ma-
jorem virtutem subtiliter intelligen-
di.

Lib.V. Dist.XL. Cap. CCCXLVII. 199
di, quàm alteri M. quod adeò subtiliter non potest intelligere; & per id quod ipsa recipit ex significacionibus prædictis, memoria memorat L. multò plùs posse multiplicari per C. quàm per E.

21. *Virtuose Domine!* quando M. recipit C. & intelligit tres res, & E. negando ipsum C. ci significat unitatem in A., tunc M. itat inter duas figuræ, quarum una ei demonstrat Trinitatem, & alia demonstrando ci Unitatem negat Trinitatem; & propterea M. non sufficienter intelligit, quo usque recurrat ad tertiam figuram, scilicet ad demonstrationem, quam B. dat de A. significando D. esse veram significationem & F. etiam esse veram, in quantum significat unum DEUM esse & non tres; sed in quantum dicit quod A. non possit esse in tribus proprietatibus diversis una unitas simplex, tunc F. in quantum ad hoc, est falsa significatio; & quando M. hoc intelligit, tunc intel-

200 B. Ray. *Lulli Lib. cont̄pl. Vol. III.*
telligit omnem intellectum, qui vult
intelligere, dirigi à tribus figuris, qua-
rum duæ sunt contrariæ ad invi-
cem & tertia est virtus quam M.
habet ad intelligendum post virtutem,
quam habuit in recipiendo duas pri-
mas figuræ, & quando intellectus hoc
intelligit, tunc memoria memorat,
quòd B. demonstret A. in Unitate &
in Trinitate, quoniam intellectus est
unus & indiget recipere tres figu-
ras, antequám possit perfectè uti suâ
virtute.

22. h. *Perdurabilis, Domine, in omni
tempore, Principium omnium principio-
rum!* Intellectualiter intelligimus illud
M., quando recipit K., intelligere,
quòd sicut Sol posset habere splendo-
rem in se, quin essent oculi corpora-
les, ita A. posset habere perfectas Vir-
tutes, quin esset G., & quando M. hoc
intelligit, tunc intelligit, quòd H. de-
monstret G. quando B. demonstrat A.,
intelligente ipso M., quòd sicut splen-
dorem Solis oportet videri oculis cor-
pora-

Lib.V. Dist.XL. Cap. CCCXLVII. 201
poralibus, ita oporteat G. esse visum
intellectualem per quem B. demons-
tret ipsi M. perfectas Virtutes ipsi-
us A.; quia sicut esset inconviens
Solem esse adcò pulchram crea-
turam, & non esse visum corpora-
lem qui cum videret, ita esset incon-
veniens non esse G., & M. non ha-
bere, cum quo reciperet demonstra-
tionem, quam B. dat de A. demons-
trando perfectionem Virtutum ipsius,
& M. non posse multiplicare L. in
laudem & gratitudinem ipsius A.
propter virtutem cognoscendi quam
ei dat per G.

23. Nam quando M., *Domine*,
recipit B. & H. tunc per A & G. sen-
tit in se virtutem intelligendi tuam
perfectam Potestatem & Sapientiam
& Voluntatem & Justitiam & Mis-
ericordiam & Humilitatem & Patien-
tiam & alias similes Virtutes; quia si-
cut M. intelligit splendorem Solis per
visum corporalem, ita intelligit per-
fectionem cuiuslibet tuarum virtu-
tum

202 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.*
tum per demonstrationem, quam H.
ei dat de G., ut M. cum G. possit
recipere id, quod B. demonstrat de
A.: Igitur eūm hoc ita sit, M. in-
telligit, quòd quantò majorem ha-
bet virtutem intelligendi perfectio-
nem tuarum Virtutum per B. & H.
tantō plus sit obligata ad agendum
gratias ipsis A. & G.

24. *Honorate Domine!* Postquam
M. recipit demonstrationem quām ei
dat H., se vertit ad K. ad tentan-
dum an cum ipso possit ita bene in-
telligere perfectionem tuæ Potestatis
& aliarum tuarum Virtutum, sicut
intelligebat cum H.; & dum M. ig-
norat H. & vult intelligere K., tunc
memoria memorat ipsum M. non
sentire in se tantam virtutem intel-
ligendi Perfectionem tuarum Virtu-
tum, quantam sentiebat cum H.; &
per hoc M. intelligit se esse simile
homini claudenti oculos ad tentan-
dum an possit videre & sentire tan-
tum splendorē Solis oculis clausis,
quan-

Lib.V. Dist.XL. Cap. CCCXLVII. 203
quantum oculis apertis; & quando
M., *Domine*, hoc intellexit; tunc
memoria memorat G. esse verum &
I. falsum; quia si I. esset verum &
G. falsum, sequeretur, quod B. sig-
nificaret defectum in A., quoniam
esset verum id quod ipsi M. occul-
tat & celat Perfectionem tuarum Vir-
tutum, & esset falsum id, per quod
ipsum M. habet virtutem cognoscen-
di perfectionem carum, & si ita esset,
quó minùs M. Te cognoscet, eo
plùs esset tibi obligatum dare tibi
L. propter ignorantiam tuarum Vir-
tutum; & quò plùs tuas Virtutes in-
telligeret eò minùs esset obligatum
dare tibi L. & laudare Te & tibi scr-
vire, quod est impossibile.

25. *Juste Domine in omnibus re-
bus, amoroſe Domine in omnibus amo-
ribus!* Intellectualiter intelligimus,
quod H. demonſtret ipsi M. mundum
esse recreatum per G. & per Paſſio-
nem & Mortem nostri Domini JESU-
Christi, & dum M. recipit H., K.
ci

204 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
ei demonstrat mundum non esse re-
creatum; & quando M. recepit am-
bas demostrationes, tunc memoria
memorat, quòd, quando M. recipie-
bat H., L. intrabat in illud, memo-
rante memoria Passionem & Mortem
ipsius JESU Christi, & voluntas ha-
bebat gratias & amorem erga G. per
quod mundus fuit restauratus: Igitur
quando intellectus intelligit id, quod
memoria memorat, tunc intelligit K.
non habere naturam introducendi L.
in animam, quam naturam habet H.,
quia per H. sentit & intelligit L., &
per K. illud ignorat & memoria il-
lud obliviscitur & voluntas illud non
amat.

26. *Æterne Domine!* K. demons-
trante L. intelligit ipsum M., quòd,
si J. sit verum, corpus humanum non
habebit, de quo recipiat gloriam in
Paradiso, & dum M. hoc intelligit,
aspiciat, an à B. possit intelligere, quòd
corpus habebit gloriam in Paradiso,
& tunc B. ei demonstrat, quód in Pa-
radi-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVII. 205
radiso corpus non habebit gloriam
& delectationem cibi & potūs nec fœ-
minarum; quia si hanc gloriam ha-
beret, ipsum B. demonstraret in A.
esse defectum per inordinationem, quæ
sequeretur ex tali gloria; & dum M.
intelligit tuam Justitiam, tunc H. ei
demonstrat G., ut intelligat Justi-
am, B. demonstrat de A. per G.,
quod est, quod tuum sanctum Cor-
pus gloriosum erit à quo glorifica-
buntur Corpora Sanctorum in Pa-
radiso: unde quando memoria me-
morat id, quod M. intelligit, tunc
ipsum M. intelligit quod quando as-
piciebat K. sine H., non habebat L.
in se nec in memoria; eo quod non
intelligebat præmium sensuale in glo-
ria per I., nec per B. illud intellige-
bat in virtualibus nec in fœminis.

27. *Intellectualis Domine!* Intel-
lectualiter intelligimus, quod M.,
quando recipit H. intelligat totam hu-
manam speciem esse exaltatam per G.,
& quando M. se vertit ad K., tunc
non

206 B. Ray. *Lulli Lil. Contempl. Vol. III.*
non intelligit exaltationem in huma-
na specie, quam intelligebat per H.;
& per hoc intelligit, quod per exal-
tationem humanæ speciei forinetur
in se L., & per I. privetur L. suâ
formâ, & dum M. hoc intelligit, me-
moria memorat G. esse majorem oc-
casionem & rationem, per quam L.
formetur in se & in intellectu & vo-
luntate & memoria, quam sit quæ-
cunque alia res creata; quia nullum
bonum nec ulla honoratio potest es-
se in humana specie adeò magna si-
cut est Incarnatio: Igitur quando
M. intelligit I. esse contrarium ipsi
G., tunc intelligit H. esse veram de-
monstrationem & K. vanam & fal-
fam.

28. k. *O Domine! Qui vocas ad per-
durabilem beatitudinem omnes illos,
qui tuis mandatis obediunt.* Quando
M. tentat & probat an per H. vel
per K. possit plùs & melius multipli-
care L., tunc memoria memorat,
quod si Christianus & infidelis faci-
ant

lib.V. Dist.XL. Cap. CCCXLVII. 207
ant unum & idem peccatum, & am-
bo petant ab A. remissionem & A.
remittat ambobus illud peccatum, L.
crit in valde majori quantitate for-
matum in Christiano per H., quām
in infideli per K., cō quōd illud pec-
catum sit multò majus in Christia-
no, qui recipit H. quām in infideli
qui recipit K., & quanto A. remit-
tit majus peccatum Christiano quām
infideli, cō quōd Christianus sit plūs
occasionatus ad non peccandum per
H. quām infidelis per K., tanto est
L. in Christiano plūs occasionatum ut
sit magnum quām in infideli.

29. *Amator Domine!* Sicut poten-
tia vegetativa habet maiorem virtu-
tem in quibusdam vegetabilibus &
animalibus quām in aliis, cum
quædam illorum faciat majora & for-
tiora & pulchriora aliis, & imagi-
nativa habet maiorem virtutem in
animalibus rationalibus quām in irra-
tionalibus, ita, *Domine*, voluisti, quōd
Personā sancti Filii gloriosi incarna-
tur,

208 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
retur in nostra Domina sancta MARIA Virgine gloria, ut G. esset
major virtus ipsi M. & memoriae &
voluntati quam I., ad hoc ut L. pos-
set formari & pulchrificari in majo-
ri quantitate virtutis & nobilitatis per
H. quam per K.

30. *Unde gloria & virtus & gratia*
& benedictio sit tibi Dominc DEUS, &
omni quod tuum est. Quia quanto unum
M. plus intelligit B., tanto debet esse
majus L. quod in eo est, quam G. quod
est in alio M., quod non tantum in-
telligit B., & quanto M. plus intelli-
git A. per C. & G. quam per E. &
I., tanto debet esse majus L. per C.
& G. quam per E. & I., & quanto
M. intelligit maiorem indulgentiam
& maiorem culpam per quasdam lit-
teras quam per alias, secundum quod
probavimus, tanto debet esse L. ma-
jus per significationem quae majus pec-
catum & maiorem indulgentiam de-
monstrat, quam per significationem,
quae non demonstrat tantum pecca-
tum

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVIII. 209
tum nec tantam indulgentiam, Igi-
tur cùm hoc ita sit, per istam artem
& modum potest homo cognoscere
magnum gratitudinem, quam obli-
gatus est habere erga suum gloriosum
DEUM.

CAPUT CCCLVIII.

*Quomodo homo oret & contempletur &
precetur nostrum Dominum DEUM,
ut ei det continentiam.*

I. **O** *DEUS Creator Benefactor! cui*
a. *fiat gloria & laus & reveren-*
tia & honor. Qui vult à Te peteret
gratiam & benedictionem, ut ei des
continentiam, per quam sit virtuo-
sus in suis sensualitatibus & intellectua-
litatibus, ut per hanc virtutem tibi
detur gloria & laus, qui es noster ho-
noratus Creator, oportet, Domine,
quòd primò habeat cognitionem de
natura sensuali & intellectuali, in qui-
bus petit continentiam, et sciat cog-

O *nos-*

210 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
noscere & scire radices & principia
continentiæ in his naturis.

2. Cūm homo, *Domine*, sit com-
positus ex natura sensuali & intellec-
tuali, oportet, quòd cognoscat, quo-
modo quinque potentiaæ animæ com-
ponantur, ut sint animal rationale
compositum ex materia & forma &
conjunctione sensualibus & ex materia
& forma intellectualibus, ex qui-
bus componuntur quinque sensus sen-
suales, & quinque intellectuales, & in
corpore formantur tres mensuræ, sci-
licet longitudo & latitudo & pro-
funditas, & in anima tres potentiaæ,
scilicet memoria & intellectus & vo-
luntas.

3. Et quia omnes prædictæ res o-
portet cognosci, *Domine*, ab illis qui
sunt amatores continentiæ, propterea
oportet, quòd, qui continentiam pe-
tit, sciat cognoscere quomodo con-
tinentia dividatur in continentiam
sensualem & continentiam intellec-
tualem & continentiam compositam

ex sensuali & intellectuali; & qui vult perfectè habere continentiam oportet, quòd velit habere istos tres modos continentiae, quos homo potest habere per tuam gratiam & adjutorium & per res quas indiget cognoscere, ut possit habere artem & modum per quem possit formare in se perfectam continentiam.

4. b. *Sapiens Domine in omnibus sapientiis, juste Domine in omnibus sententiis!* Quia sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus, hominem esse compositum ex naturis sensuali & intellectuali, significatur nostro intellectui esse diversitatem inter continentiam sensualem & continentiam intellectualis & continentiam compositam ex ambabus: Igitur cùm hoc ita sit, qui petit continentiam, oportet, quòd sciat quamnam continentiam petat; & secundum quod est continentia, quam petit, oportet, quòd inquirat res, quibus possit eam habere; nam sicut est

212 B. Ray. *Lulli Lib. Contpēl. Vol. III.*
est diversitas inter unam continentiam & aliam, ita est diversitas inter res, per quas homo pervenit ad continentiam, quam petit & querit & vult habere.

5. Nam quando homo, *Domine*, vult habere continentiam sensualem in gustu, non debet eam inquirere in visu, nec in tactu, & quando vult habere continentiam in visu, non debet eam inquirere in gustu, nec in tactu & sic de aliis sensibus sensualibus; & quando homo vult habere continentiam intellectualm in perceptione; non debet eam inquirere in conscientia, & si vult eam habere in animositate, non debet eam inquirere nisi in voluntate, & hoc idem est de aliis sensibus intellectualibus.

6. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, Quia sicut est diversitas inter unam sensualitatem & aliam, & inter unam intellectualitatem & aliam, ita est diversitas inter modos, secundum

dum quos homo vult invenire & habere continentiam plūs in quibusdam rebus, quàm in aliis: Igitur sicut multa facta dirigerentur & perficerentur, si homo observaret modum in quo forma perfectionis illorum est potentialiter, ita continentia habet potentialiter suam formam in modo & in directione, quæ ad eam pertinet, ut veniat de potentia in actum: quia, sicut in palma non est forma animalis potentialiter nec actualiter, ita continentia non est potentialiter in errato ratione, cuius forma potentialis non potest venire de potentia in actum.

7. c. *Remissor Domine magnarum culparum, largitor Domine magnarum beatitudinum!* Qui vult habere continentiam sensualem & intellectualem, oportet, quod habeat artem & modum implendi suam memoriam & suum intellectum & suam voluntatem tuis Virtutibus & qualitatibus & operibus tuæ Humanitatis glo-

214 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
gloriosæ, quia quando homo scit
memorare & intelligere & amare tu-
as Virtutes & opera, quæ facis adeò
nobiliter & sapienter & potenter &
amicabiliter, & quando scit memo-
rare & intelligere angustiosam Pas-
sionem, quam sustinuisti pro nobis
peccatoribus, tunc est directus ad
habendum continentiam sensualem &
intellectualem.

8. *Gloriose Domine!* quando bea-
ta anima est tota plena in memoria
& intellectu & voluntate Virtutibus
tuæ Deitatis & Humanitatis memo-
rando & intelligendo & amando illas,
tunc est adeò magna influentia vir-
tutis, quæ à tua Deitate & à tua
humanitate venit ad tres potentias
animæ, quòd tota impleatur conti-
nentia intellectuali, per quam & cum
qua anima implet totum corpus con-
tinentiâ sensuali.

9. Nan sicut oculi, qui aspici-
unt splendorem Solis, adeò implen-
tur influentia splendoris, quòd vix
pos-

possint recipere claritatem Solis,
quam non possunt recipere in adeo
magna quantitate, sicut Sol potest
eam demonstrare, ita, *Domine*, adeo
magnum influentiam virtutis recipit
anima per memorare & intelligere &
amare gloriosas Virtutes tuæ Deita-
tis & tuæ Humanitatis, & per me-
morare & intelligere graves dolores
& gravem mortem, quam sustinu-
isti, quod per illam influentiam
virtutis impleatur tota anima &
totum corpus continentia & absti-
nentiâ & patientiâ ; sed quando
homo amat habere continentiam,
& non scit memorare & intelli-
gere & amare tuas Virtutes & tu-
am Passiōnem, tunc amat id, quod
non scit amare, & quærit id quod
non potest invenire ; quia, sicut per
absentiam Solis fiunt tenebræ, ita per
hoc quod anima non habeat suam
memoriam & intellectum & volun-
tatem in tuis Virtutibus & in tua
Passione, privat se ipsam continen-
tia

216 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
tia intellectuali, & per hanc priva-
tionem privat corpus continentia
sensuali.

10. d. *O Domine! qui tua Volun-*
tate facis & creas quidquid vis in
creaturis. Qui vult habere continentiam
intellectuali, oportet, quod
cum tuis Virtutibus dirigat suas qua-
litates intellectuales, ut eas induat
virtutibus, & exuat vitiis, quia sine
qualitatibus virtuosis continentia non
potest venire de potentia in actum;
& quando homo receperit conti-
nentiam intellectuali, oportet,
quod cum potentia rationali & ima-
ginativa impugnet & vincat poten-
tiam vegetativam & sensitivam, afflic-
tionibus & orationibus & contritio-
nibus; quia quantum potentia ratio-
nalis & imaginativa vincunt vegeta-
tivam & sensitivam, tantum aperi-
tur via, per quam continentia sen-
sualis venit de potentia in actum.

11 *Patiens Domine!* multi sunt ho-
mines gulosi & voraces & luxuriosi,
qui

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVIII. 217
qui vellent habere continentiam, sed
quia non sciunt recipere tuas Virtu-
tes in sua memoria & intellectu &
voluntate, nec sciunt cum potentia
rationali & imaginativa impugnare
vegetativam & sensitivam, & sunt o-
bedientes ipsis vegetativæ & sensiti-
væ, propterea non volunt habere con-
tinentiam quam possent habere, si
ferventer & ardenter eam vellent; &
quando sunt calefacti igne luxuriæ,
vel sentiunt famem vel sitim, obe-
diunt sensitivæ & vegetativæ tali mo-
do, quod rationalis & imaginativa
vincantur à luxuria vel voracitate &
gula, & postea eos pœnitet; & vel-
lent habere continentiam, quando eis
nocet nimium comedere vel bibere
vel luxuriari.

12. *Gloriose Domine!* Ratio qua-
re homines amantes continentiam
errant, & non sciunt eam habere, est
quia non dant potentiæ rationali &
imaginativæ libertatem, quâ possent
uti sua virtute contra vegetativam &
sen-

218 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
sensitivam, quæ se movent contra
temperantiam per nimiam aviditatem
delectationum sensualium; quoniam
si potentia rationalis posset habere de-
liberationem ad amandum & imagina-
tiva ad imaginandum virtutes & pla-
cita intellectualia, & ad contemnen-
dum vanas delectationes sensuales,
tunc potentia rationalis & imaginati-
va possent inducere vegetativam &
sensitivam ad continentiam; sed sicut
homo quandoque ita subito opprimi-
tur quod non habeat spatum recog-
noscendi se & defendendi se ita multi
sunt homines adeò subditи vegetativæ
& sensitivæ, quod rationalis & ima-
ginativa non habeant, cum quo re-
pugnant, prædictis potentiis.

13. c. *Rex cœlestis sancte aeternæ glo-
riæ! Cùm ita sit, Domine D E U S,*
quod super potentia motiva pugnant
rationalis & imaginativa cum vege-
tativa & sensitiva, qui vult conti-
nentiam sensualem, sciat dare mo-
tivam rationali & imaginativæ, ut
sinè

sinè licentia earum vegetativa & sensitiva non possint moveri , & qui vult continentiam intellectua-lem , sciat mouere suam memoriam & suum intellectum & suam volun-tatem ad recipiendum significaciones tuarum gloriosarum Virtutum.

14. Nam sicut causa finalis mo-vet artificem & materiam & formam ad perfectionem ipsius causæ finalis, ita , *Domine* , receptio significatio-num tuarum Virtutum facta in me-moria & intellectu & voluntate mo-vent imaginativam & rationalem ad continentiam intellectual per quam movent vegetativam & sensitivam ad continentiam sensualem ; sed quando homo movet memoriā & intellectum & voluntatem ad res contrarias significacionibus tuarum Virtutum, tunc rationalis & imaginativa non ut-tuntur virtute , quâ deberent uti , & propterea non sciunt nec possunt ha-bere continentiam intellectual nec possunt inducere vegetativam & sen-sitivam

220 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
sitivam ad continentiam iensualem,
& omnes quinque potentiae sunt ita
contraix continentiae, sicut destruc-
tio factoris & materiae & formae est
contraria causa finali.

15, *Glorioso Domine!* sicut poten-
tia motiva movet in ferrario mate-
riam ferri ad formam cultelli ratio-
ne causae finalis, ita quando motiva
intellectualis movetur, ordinate mo-
vet quinque sensus intellectuales ad
formam continentiae, ut continen-
tia sit in quinque sensibus sensuali-
bus; sed sicut ferrarius non moveret
materiam ad recipiendum formam
cultelli, nisi cognosceret ipsam ma-
teriam, ita multi sunt homines qui
volunt habere continentiam, & non
sciunt movere occasiones in quibus
ipsa formatur & venit de potentia
in actu.

16. f. *O Domine!* *Qui diriges & or-*
dinas tuos amatores. Qui vult habe-
re continentiam in castitate, oportet,
quod, quando motiva vegetativae &
sen-

Lib.V.Dist.XL.Cap.CCCXLVIII. 221
sensitivæ se moyet ad luxuriam, au-
ferat eam à vegetativa & sensitiva,
& eam det imaginativæ & rationa-
li, ut imaginativa se moveat ad
imaginandum, & rationalis ad intelli-
gendum vilitatem & immunditiam
luxuriæ & culpam, quam ipsa affert,
ex qua sequitur tanta poena; & si-
cut corpora majora movent minora,
ita imaginativa & rationalis move-
bunt vegetativam & sensitivam ad
continentiam, quia multò majorem
vim sínè omni comparatione babent
imaginativa & rationalis ad contem-
nendum luxuriam, quando habent
deliberationem & possunt uti sua
virtute, quám vegetativa & sensiti-
va ad amandum placita luxuriæ.

17. Nam imaginativa, *Domine*,
habet majorem vim ad imaginandum
vilitatem luxuriæ quám vegetativa
& sensitiva ad desiderandum luxuri-
am; & potentia rationalis per hoc,
quod possit frui Te & tuis virtuti-
bus & possit deducere conscientiam
de

222 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
de potentia in actum & possit me-
morare cœlestem gloriam & inferna-
lēm pœnam , habet majorem potes-
tatem contra luxuriam quām vege-
tativa & sensitiva contra continen-
tiam.

18. Igitur cūm hoc ita sit , *Do-
mine* , qui vult habere continentiam
contra luxuriam , oportet , quod
sciat habere artem & modum aufe-
rendi potentiam motivam à vegeta-
tiva & sensitiva quotiescumque velint
se movere ad luxuriam , & oportet,
quod illam motivam , quam aufert
à vegetativa & sensitiva , incarceret
sub motivâ imaginativæ & rationalis,
ne vegetativa & sensitiva possint se
movere sinè licentia imaginativæ &
rationalis , quando imaginativa ima-
ginatur continentiam & rationalis
eam memorat & intelligit & amat.

19. g. *Domine Dominorum ! qui es
consolatio tuorum amatorum.* Qui vult
& amat continentiam in cibo & po-
tn vel in aliqua alia re sensuali, opor-
tet,

tet, quod sciat habere artem & modum prædictum, scilicet quod non det potentiae sensitivæ licentiam utendi ullâ suarum sensualitatum sinè licentia rationalis, & rationalis non det licentiam ulli sensualitati donec memoraverit & intellexerit & amaverit Te.

20. *Juste Domine!* quando homo qui est vorax & potator habet ante se sapida victualia, si velit accipere ex eis convenienter, & velit esse continens, oportet, quod habeat continentiam compositam ex sensuali & intellectuali; quia nisi sit continens continentia intellectuali, motiva intellectualis movebitur ad nimis cogitandum & memorandum & volendum illa victualia, & nisi sit continens continentia sensuali, motiva sensuali adeo movebitur ad placita illorum, quod non desistet usque homo nimium receperit de illis, & quia habuit suam memoriam ad alias res, propterea oportet, quod
qui

224 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
qui amat continentiam , habeat su-
am mentem ad id , quod comedit
& bibit , & sit obediens rationi &
imaginativæ , secundum quod sua
conscientia ei dicet digestivam posse
digerere , & secundum quod ratio
cognoscet esse licitum comedere & bi-
bere prout locus & tempus exigunt.

21. Quando ratio intelligit, quòd
homo, *Domine*, debeat comedere &
bibere, ut vivat, & quòd non sit
creatus ut comedat & bibat, tunc dat
cibo & potui secundam intentionem,
& vitæ primam; & quantò prima in-
tentio est fortior secundâ, tantò ma-
gis est homo per eam directus ad ha-
bendum continentiam : Igitur quan-
do imaginativa imaginatur, quòd, si
homo comedat vel bibat supra vi-
res digestivæ , impediatur digestio, &
ipse possit infirmari & debilitari &
mori, & plura sint damna quàm pla-
cita, & ratio memorat, quòd gula
sit peccatum mortale, eòquòd auferat
á vita primam intentionem, & eam
det

Lib.V.Dist. XL.Cap.CCCXLVIII. 225
det sapore cibi & potūs , & faciat
contra finalem rationem , propter
quam homo est creatus , tunc ima-
ginativa & ratio se juvant contra gu-
lam & ebrietatem , & formant tem-
perantiam & continentiam.

22. h. *O Domine! qui es placitum
meorum placitorum , & amor meorum
amorum. Quando homo est ad mensam
& sufficienter comedit & bibit , si
per aliquid accidens velit plus co-
medere vel bibere , tunc oportet ,
quod succurrat conscientiæ cum po-
tentiis imaginativa & rationali , &
imaginando & intelligendo conside-
ret quid ei valebit plus , scilicet da-
re suo gustui id , quod vult comedere
vel bibere contra continentiam , &
exponere se periculo infirmitatis &
mortis , & facere contra tuam Vo-
luntatem id cuius postea oportebit
eum pœnitere & memorare se incon-
tinentem & vitiosum , vel non co-
medere nec bibere ultra necessita-
tem & esse sanus , & facere tuam*

N

Vo-

Voluntatem & memorare se continentem & virtuosum? nam qui hoc vult imaginari & intelligere, est dispositus ad habendam temperantiam & continentiam.

23. *Æterne Domine!* sicut per nimis memorare & intelligere & amare placita sensuum sensualium se movet homo ad nimis comedere vel bibere vel ad alium excessum aliquius alterius sensualitatis, ita per nimis cogitare & considerare potest homo esse nimis continens in rebus sensualibus; quia per nimia jejunia vel per nimias afflictiones corrumpuntur potentia vegetativa & sensitiva: Igitur sicut homo uno modo potest privari continentia per res sensuales, ita alio modo potest privari ipsa per res intellectuales; & propterea qui vult habere continentiam intellectualis, si habeat nimias cogitationes & considerationes vel sit nimis deuotus, oportet, quod auferat potentias imaginativam & ratio-

Lib.V.Dist.XL.Cap.CCCXLVIII. 227
rationalem à motiva, ut satisfaciæ vegetativæ & sensitivæ tali modo, quod temperantia formetur & siguretur & generetur inter sensus sensuales & intellectuales.

24. *Cælestis Domine!* Qui amat continentiam, sciat recurrere ad proprietates & occasiones sensuales & intellectuales, & sciat quasdam res vincere & mortificare cum aliis, & sciat memorare & intelligere multò majorem esse virtutem quæ intrat in animam quando homo est continens in rebus sensualibus, quam sint placita sensuala, & multò plus valere homini vivere una die in continentia, quam vivere uno anno in gulofitate & incontinentia, & plus valere ei memorare se continentem, quam plenum bonis victualibus & privatum continentiam, & plus valere pauperem continentem & sanum, quam divitem, incontinentem & infirmum, & plures esse labores quos homo per incontinentiam

228 B. Ray. Lulli Lil. Contēpl. Vol. III.
tiam quām quos per continentiam
habet, & plus valere hominem fide-
lem continentem, quām falsum epu-
lonem; unde benedictus sis, *Domi-
ne DEUS*, quia per omnes istas res
& per similes potest homo habere
temperantiam & continentiam, quan-
do scit uti virtute suæ memoriæ
intellectūs & voluntatis.

25. i. *O Domine! Qui in magnis
pressuris succurris tuis servis.* Sicut
res sensuales possunt dare sufficienti-
am sensibus sensualibus, ita res in-
tellectuales possunt dare sufficienti-
am sensibus intellectualibus, dum-
modo homo sciat memorare & in-
telligere & amare Te; sed sicut res
sensuales non possunt dare sufficienti-
am sensibus sensualibus, quando
homo non habet continentiam, ita
res intellectuales non possunt dare
sufficientiam sensibus intellectualibus,
quando homo non scit memorare &
intelligere & amare Te; & propte-
rea homines multoties sunt præsump-
tuosi,

Lib.V.Dist.XL.Cap.CCCXLVIII. 229
tuosī , & petunt & volunt habere
& scire res quas non possunt habe-
re nec scire , quas haberent & sci-
rent , si scirent memorare & intelli-
gere & amare Te.

26. Sed sicut homo qui facit
longam peregrinationem , & secum
fert paucam præventionem viatici,
non potest habere sufficientiam in
rebus sibi necessariis , ita , *Domine*,
quando anima non scit memorare
& intelligere & amare Te , est a deo
modica in omnibus rebus quas me-
morat & intelligit & amat , quod
nullæ carum possint ei sufficere ; &
propterea non potest habere conti-
nentiam in ulla re , quam intelligat,
& per privationem continentiae in-
tellectualis privatur continentia sen-
sualis in sensibus sensualibus ; sed
sicut homini facienti longam pere-
grinationem sufficit viaticum quan-
do secum fert abundantiam & habet
continentiam sensualēm , ita anima
haberet sufficientiam in memorando
&

230 B.Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
& intelligendo & amando si totam
se impleret memoratione & intelli-
gentia & amore Tui: & ratione hu-
jus impletionis haberet in se eonti-
nentiam in rebus intellectualibus, &
non vellet memorare nec intellige-
re nee amare ultra terminos suæ me-
moriæ & intellectus & voluntatis, &
daret continentiam corpori intra ter-
minos visûs & auditûs & odoratûs
& gustûs & tactûs.

27. *Perfecte Domine!* Sicut ho-
mini sufficit claritas , quam recipit
á Sole , ita tu ordinasti , quod om-
ni homini sufficient res sensuales &
intellectuales , dummodo sua memo-
ria & intellectus & voluntas sciant
recipere significationes , quas tuæ Vir-
tutes dant de tua Perfectione ; sed
sicut homo non esset continens in re-
cipiendo splendorem Solis , si clau-
deret suos oculos , vel ipsum vellet
recipere in majori quantitate quam
sui oculi possint capere , ita nullus
homio potest habere ullam continenti-
am

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLVIII. 23^e
am, si non recipiat significationes tua-
rum Virtutum, vel si velit eas reci-
pere plus quam possit.

28. k. *Domine! Qui es memor me-
morantium Te, & amans amantes Te.*
*Qui vult habere continentiam & tem-
perantiam, oportet, quod sciat me-
morare & intelligere & amare tuam
Potestatem & tuam Sapientiam &
tuum Amorem & tuam Justitiam &
tuam Misericordiam, & sciat memo-
rare & intelligere & amare tuam glo-
riosam Humanitatem & omnes Vir-
tutes ipsius, quia quando homo me-
morat & intelligit & amat omnes is-
tas res, tunc formatur in eo spes, quæ
facit eum continentem; quoniam
plus & melius sufficiunt pauperi in
Te confidenti sua macra & modica
victualia, quam sufficientant divitiæ di-
viti in Te non tantum confidenti
quantum in multitudine suorum pin-
guum & variorum victualium.*

29. *Pie Domine!* sicut elementa-
lis materia sufficit omnibus formis
ele-

232 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
-elementalibus actualibus, ita omni homini sive pauperi sive diviti sufficiunt res sensuales & intellectuales, si sciat memorare & intelligere & amare tuas gloriosas Virtutes; sed si-
cūt elementalis materialis non potest simul sufficere formis actualibus & potentialibus, ita res sensuales & intellectuales non possunt sufficere ani-
mæ, quæ obliviscitur & ignorat & non amat tuas Virtutes, nec ani-
mæ, quæ eas memorat & intelligit
& non amat; & per defectum, quem habent animæ isto modo, culpabi-
liter non est in hominibus conti-
nentia, cō quid non velint recipere perfectionem à re à qua possent eam recipere.

30. Nam sicut voluntas dæmo-
nis potuisset habere continentiam,
quando fuit creata, si voluisse, se-
cundūm quod memoria memorabat
& intellectus intelligebat, ita, *Do-
mine*, quia voluntas dæmonis voluit
ascendere supra id, quod memoria
non

non poterat memorare nec intellectus intelligere posse & debere fieri , habebit infinitè defectum continentiae in memorando & intelligendo & volendo , eō quòd voluntas non fuit concordans in amando Te cum memoria, quæ Te memoravit , & cuim intellectu , qui Te intellexit : Igitur cùm hoc ita sit, per hoc demonstratur , quód homines , qui in sua voluntate habebunt continentiam in hoc mundo secundùm quod sua memoria sufficit ad memorandum & intellectus ad intelligendum vilitatem & brevitatem hujus vitæ mundanæ , habebunt gloriam , quam dæmones perdiderunt per defectum continentiae suæ voluntatis, quæ non amavit suum Creatorem & suum Dominum DEUM.



CA-

CAPUT CCCXLIX.

*Quomodo homo orando & contemplando precetur nostrum Dominum DEUM,
ut sibi det confortationem
& consolationem.*

1. **D**EUS potens sapiens amoroſe!
a. **D**ui es confortatio & consola-
tio nostrorum amorum. Qui vult & a-
mat habere consolationem, oportet,
Domine, quod ſciat cognoscere dif-
ferentiam, quae eſt inter consolatio-
nem ſensuali & consolationem in-
tellectuali; quia ſicut homo eſt
compositus ex natura ſensuali & in-
tellectuali, ita eſt in eo consolatio
ſensualis & intellectualis.

2. Unde benedictus ſis, *Domine*
JESU Christe, quia qui vult habere
consolationem ſensuali & intellec-
tualem, oportet, quod ſciat memo-
rare & intelligere & amare tuas di-
vinas Virtutes glorioſas, & tuas hu-
manas

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIX. 235
manas virtuosas Qualitates, quoni-
am sicut materia & forma & priva-
tio sunt principia generationis & cor-
ruptionis in corporibus elementatis,
ita tuæ divinæ Virtutes & tuæ hu-
manæ Qualitates sunt consolatio sen-
sualis & intellectualis in beatis ho-
minibus, qui sciunt eas memorare &
intelligere & amare.

3.. Nam sicut forma spicæ, quæ
est in potentia in grano tritici sub
terra, venit de potentia in actum
per augmentum potentiae vegetativæ,
ita, *Domine*, homines recipiunt con-
solationem quando sua anima im-
pletur & crescit in virtutibus me-
morando & intelligendo & amando
tuam gloriosam Potestate & Sapi-
entiam & Amorem & Justitiam &
Misericordiam & Humilitatem & Pa-
tientiam & Largitatem & alias tuas
Virtutes; & postquam sua anima est
benè plena omnibus istis Virtutibus
divinis memorando & intelligendo
& amando eas, oportet, quod ite-
rum

236 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
ruin impleatur qualitatibus tuæ sanc-
tæ Humanitatis memorando intelli-
gendo & amando eas , & memoran-
do & intelligendo & amando tuam
gravem mortem angustiosam ; quia
adeò magna est influentia virtutis,
quæ exit á tuis Virtutibus in ani-
mam cas memorantem & intelligen-
tem & amantem , quòd omnem ani-
mam oporteat habere confortatio-
nem & consolationem in quibuscun-
que rebus , dummodo eas memoret
& intelligat & amet.

4. b. *O Domine DEUS ! Qui con-
solaris & lētificas omnes quos tibi pla-
cet.* Qui fuit dives & honoratus &
prosperatus , & devenit in pauper-
tatem & contemptum hominum , &
propterea est tristis & afflictus & de-
solatus , si velit consolari & lētari
& confortari , oportet , quod obli-
viscatur divitarum & honorationum
& prosperitatum , in quibus fuit , &
memoret & intelligat & amet tuas
sanctas & perfectas Virtutes glorio-
sas ,

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIX. 237
fas, ut in eis consoletur & lætifice-
tur intellectualiter in tantum quod
non sentiat desolationem sensualem
in sua memoria & intellectu & vo-
luntate.

5. Et qui istam artem & modum
scit accipere & servare, *Domine*, po-
test consolari in quoque danno
sensuali, quod ei accidit, quia adeo
magna est virtus memorativa & in-
tellectiva & volitiva, quam anima
recipit quando fruatur tuis virtutibus,
quod omnem tristitiam & desolatio-
nem sensualem mortificet & delcat
& sanet: quoniam quantum virtus in-
tellectualis est nobilior sensuali, tan-
to puls potest homo confortari &
consolari & lætificari per fruitionem
tuarum Virtutum, quam tristari &
desolari per res sensuales.

6. *Gloriose Domine!* Sicut strepi-
tus vel tactus est homini dormien-
ti occasio evigilationis, ita res quas
homo perdit, vel opprobia, quæ ei
fiunt, vel labores quos sustinet, sunt
ei

238 B. Ray. *Lulli Lib. Contpl. Vol. III.*
ei occasio ut consoletur in tuis glo-
riosis Virtutibus fruendo eis memo-
rando & intelligendo & amando:
unde , quia multò meliùs est sinè
omni comparatione amittere res sen-
suales & consolari in tuis Virtutibus,
quam consolari in illis, & non frui
tuis Virtutibus , ideo , *Domine* , vo-
luisti , quòd detrimentum rerum sen-
sualium sit homini occasio habendi
consolationem in rebus intellectuali-
bus : Igitur cùm hoc ita sit , qui in
passionibus sensualibus consolātur per
res intellectuales , lucrantur , & qui
in laboribus intellectualibus conso-
lantur & confortantur per res sensua-
les perdunt.

7. c. *Splendor omnium splendorum*
& lumen omnium luminum! Quando
homo , *Domine* , cogitat & imagi-
natur fragilem sapientiam & potes-
tatem & alios defectus quos habet
in se , & anima ratione ipsorum se
vult movere ad tristitiam & desola-
tionem , si velit detinere & impe-
dire

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIX. 239
dire in anima motum tristitiae & de-
solationis , memoret & intelligat &
amet perfectionem , quæ est in tua
gloriosa potestate & Sapientia & Vo-
luntate & in aliis tuis Virtutibus ,
ut ratione magnæ consolationis , quam
anima sentiet fruendo tuis Virtuti-
bus , cogitatio & imaginatio pro-
priorum defectuum non possint e-
am movere ad tristitiam & desola-
tionem .

8. *Juste Domine ! Quando homo*
est tristis & desolatus ratione alicu-
jus injuriæ vel inurbanitatis , quæ ei
sit facta ; si velit consolari & lætari ,
oportet quod sciat memorare tuam
Justitiam , ut memoret & intelligat
multò melius ei esse vilipendi & in-
juriari , quām injuriare , quia tantum
debet lætari & consolari , quantum
sua memoria ei representat & suus
intellectus ei demonstrat , quòd , qui
est injuriosus & inurbanus , debeat
judicari à tua justa sententia ; & qui
patitur injuriam & inurbanitatem ,
dum-

240 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
dummodo habeat patientiam , non
debeat puniri imo debeat præmia-
ri.

9. *Vere Domine!* Sicut sensuali-
ter sentimus plús valere unum soli-
dum aureum, quām unum denarium,
ita intellectualiter intelligimus mul-
tō melius esse injuriari, quām inju-
riare ; quia natura est tuæ gloriose
Justitiae punire injuriantes igne per-
durabili, nisi emendent suas culpas,
& natura est ipsius præmiare gloriâ
sinè fine injuriatos verè patientes:
Igitur cùm hoc ita sit , quantum
cœlestis gloria est nobilis & bona, &
infernal is pœna est mala , tantum
memorando & intelligendo nobilita-
tem cœlestis gloriæ & magnitudinem
infernal is pœnæ potest injuriatus oc-
casionari ad consolationem & inju-
riosus ad desolationem.

10. d. *Divine Domine , DEUS glo-
riæ & amoris !* Quando homo per-
dit filium vel cognatum vel amicum
vel thesaurum, vel infirmatur , vel ei
acci-

accidit aliqua res contraria suæ voluntati si sua voluntas habeat tristitiam & desolationem , & si velit consolari & lætari , oportet quod amet tuam Justitiam & Patientiam , ut cum eis vincat & mortificet voluntatem , quam habet contrariam lætitiae & consolationi & patientiae & justitiae ; quia sicut homo quibusdam rebus contrariis superat alias , ita injuriosam voluntatem , quæ movet hominem ad tristitiam & desolationem , quando tu uteris tuâ Justitiâ , vincit homo alterando suam voluntatem ad amandum tuam Justitiam & tuam Patientiam .

11. *Amabilis Domine ! Intellectualiter intelligimus , quod , si homo perdat unum denarium & postea inventiat mille , faciliter consoletur de denario perduto per inventionem mille denariorum : Igitur cum hoc ita sit , quando memoria memorat & intellectus intelligit meliorem esse tuam Justitiam puniendo hominem , quam*

Q

vo-

voluntas quam habet homo contraria patientiæ , tunc memoria, quæ memorat & intellectus , qui intelligit tuam Justitiam, intellectualiter inveniunt mille denarios considerando virtutem , quam recipiunt à Te in fruitione tuæ Justitiae , & voluntas quæ perdit denarium vel cognatum vel aliquam aliam rem est occassionata ad habendum patientiam & consolationem , quando memoria & intellectus eam alterant ad amandum tuam Justitiam & Patientiam plus quam id , quod antea amabat, quando memoria & intellectus non fruebantur tuâ Justitiâ & Patientiâ.

12. *Juste Domine ! Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus, quod, qui non habent patientiam & Consolationem in rebus, quas tua Justitia facit in eis, ament illas res plus in quibus puniuntur, quam tuam Justitiam; quia si plus amarent tuam Justitiam, lactarentur & consolarentur in omni, quod ipsa facit.*

Igi-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIX. 243
Igitur cùm homines non habentes
Patientiam nec amantes Justitiam non
tantum ament tuam Justitiam, quæ
est virtus infinita, quantum res fi-
nitas & creatas, quomodo poterunt
amari à tua Justitia & á tua Mis-
ericordia, cùm de majoribus injuriis,
quæ esse possent, esset quòd homo
amaretur ab eis, dum ipse plús a-
mat res finitas creatas corruptibles,
quàm virtutes infinitas & DEUM
Creatorem omnium creaturarum? igi-
tur cùm hoc ita sit, *Domine*, qui
vult consolari, sciat omnes istas res
memorare & intelligere, ut plús a-
met tuam Justitiam quàm ullam rem
finitam, & ut ametur à tua Mis-
ericordia, quæ plús amat tuam Justi-
tiam quàm illos, qui per impatienti-
am sunt ei contrarii.

13. e. *O Domine! Qui totam me-
am intentionem, & meum amorem po-
suisti in honorando tuum honorem.
Multi sunt qui desolantur & tristran-
tur, quando memorant sua pecca-
ta*

244 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
ta & intelligunt tuam Justitiam &
non memorant nec intelligunt tuam
Misericordiam: Unde ratio & cau-
sa quare ipsi tristantur & desolantur
est, quia sua voluntas non amat tu-
am Justitiam, quoniam si eam ama-
ret, amor quem erga eam haberet,
poneret virtutem in memoria & in-
tellectu, qui fruerentur tua dulci Mi-
sericordia, & per hanc fruitionem
voluntas amaret ipsam, quæ sanaret
& confortaret & consolaretur illos
á sua tristitia & desolatione.

14. Igitur cum hoc ita sit, *Dō-
mine*, qui vult consolari, sciat ama-
re tuam Justitiam quia omnis pec-
cator, qui memorat sua peccata &
suas culpas & amat tuam Justitiam,
judicat se ipsum & humiliat se tuæ
Justitiæ quæ justè judicat in cò dan-
do virtutem memoriæ ut memoret,
& intellectui, ut intelligat & volun-
tati ut amet tuam dulcem Misericor-
diam, ratione cuius memoriæ &
intelligentiæ & amoris tua Justitia
par-

Lib.V. Dist. XL. Cap. CCCXLIX. 245
parcit peccatoribus, & dat eis dona
perdurabilis beatitudinis, eò quòd
confidant in tua Misericordia; & si
ita non esset, tua Justitia esset con-
traria sibi ipsi & tuæ Misericordiæ
& peccatoribus, quod est de majo-
ribus impossibilitatibus quæ sint.

15. *Gloriose Domine!* Sicut est pro-
prium virtutibus creatis quòd, qui
amat unam amet omnes & qui di-
famat unam dismet omnes, quia
aliter significaretur in virtutibus esse
vitium quod est impossibile, ita &
adhuc multò melius est proprium tuæ
Justitiæ & tuæ Misericordiæ & om-
nibus aliis tuis Virtutibus, quod qui
amat unam, amet omnes alias; sed
quia homines peccatores per mag-
nam desperationem, quam habent
de suis peccatis dismant tuam Justi-
tiam in hoc, quòd nollent eam es-
se & non sciunt amare tuam Mis-
ericordiam, eò quòd non sciant a-
mare tuam Justitiam, propterea des-
perant & tristantur & non habent
con-

246 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
consolationem nec sciunt eam ha-
bere secundūm quod possent, si se-
querentur artem & modum prædic-
tum.

16. f. *JESU Christe Domine! Qui es consolatio & confortatio omnium peccatorum in Te confidentium & ad Te clamantium.* Qui est tristis & de-
solatus propter aliquam rem quæcum-
que sit, si velit consolari, sciat po-
nere virtutem in sua memoria & in
suo intellectu & in sua voluntate, vo-
lente voluntate, quod memoria me-
moret & intellectus intelligat magnos
labores & magnas ignominias & mag-
nani paupertatem & gravem mor-
tem, quam tua Humanitas & Apos-
toli, qui sunt adeò honorati in glo-
ria, sustinuerunt in hoc misero sæ-
culo, & sciat memorare & intelli-
gere magnam paupertatem & mag-
num dolorem quem nostra Domina
sancta MARIA Virgo gloriosa sus-
tinuit in hoc mundo & sciat me-
morare magnas excellentes & singu-
lares

lares honorationes, quas nostra Domina habet in cœlesti gloria, quia per talem memoriam & intelligentiam & voluntatem potest omnis homo consolari & confortari in omni labore & in omni damno quod patiatur per se vel per alium.

17. *Gloriose Domine!* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus naturale esse homini, qui est vilis & pauper & miser, consolari in laboribus, si eosdem labores videat sufferre & sustinere moltos homines honoratos & nobiles & in omnibus rebus valde meliores ipso: Igitur cōm hoc ita sit, qui vult consolari, necessariō oportet, quod sciāt memorare magnam nobilitatem tuā sanctā Humanitatis & nostrā Dominā sanctā MARIÆ, quā valent multō plūs, quām omnis nobilitas & virtus quāe est in omnibus aliis creaturis, quia sunt tuāe divināe Essentiāe propinquiores omnibus eis, & omnes non possunt sufficere ad tantum

248 B. Ray. *Lulli Lil. Contēpl. Vol. III.*
tum significandum & demonstrandum
perfectionem tuarum Virtutum ad
quantum ipsæ sufficiunt: Igitur cum
hoc ita sit, *Domine*, si tua humana
Natura adeò gloria & Natura nos-
træ Dominae adeò virtuosa habuerunt
in hoc mundo adeò magnam passio-
nem & laborem, quis est qui debe-
at habere ullam desolationem & tris-
tiam de ulla re quam perdat, vel
de ullo labore quem sustineat.

18 *Divine Domine!* Intellectua-
liter intelligimus, quod si homo in-
veniret ducentos aureos, & postea
ex iis perderet centum, plūs debe-
ret lætari quam tristari & desolari:
Igitur, qui vult consolari & lætari,
memoret & intelligat quomodo ve-
nerit in esse de nihilo & quomodo
sit, & non erat, & quomodo valeat
ci plūs esse homo, quam si esset bes-
tia, & quomodo valeat plūs homo
vulneratus vel infirmus vel pauper
vel ignominiaatus quam bestia sana &
pinguis; quia si hoc sciat memora-
re

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIX. 249
re & intelligere, sua voluntas erit
occasionata ad mutandum se de tristitia
in latitiam & consolationem;
sed homines, *Domine*, non sciunt ha-
bere artem nec modum, quem pos-
sunt habere alterandi & mutandi se
de tristitia & desolatione ad gaudi-
um & consolationem; quia sicut su-
tor habet artem faciendi calceos &
ferrarius faciendi cultrum, ita potest
omnis homo per tuam gratiam ha-
here artem & modum per quem pos-
sit habere virtutes, dummodo sciat
uti sua memoria & suo intellectu &
sua voluntate; & sicut rusticus ha-
bens pallium non scit eo uti & ma-
rinarius habens equum non scit equi-
tare, ita homines nescii habent me-
moriā, & non sciunt memorare, &
habent intellectum, & non sciunt in-
telligere, & habent voluntatem, &
non sciunt velle; & propterea non
sciunt adducere ullam virtutem de
potentia in actum, nec reducere ul-
lum vitium de actu in potentiam.

19. g.

19. g. *Pie Domine, plene misericor-
diā & gratiā! à quo venit omnis bea-
titudo.* Multi sunt homines, qui quan-
do sunt prope mortem, sunt valde
desolati & tristes præ magno timore
mortis: Igitur qui in tali occasione
vult habere consolationem, oportet,
quòd sciat uti virtute quam dedisti
memoriæ ad memorandum & intel-
lectui ad intelligendum & voluntati
ad amandum; quia qui scit adducere
de potentia in actum virtutem, quæ
est in tribus potentiis animæ, potest
consolari & lœtari in morte, cùm
sit natura voluntatis non tristari de
rebus quæ memorantur & intelligun-
tur necessariæ, èò quòd quando me-
moria memorat & intellectus intel-
ligit hominem esse animal mortale,
& istum mundum esse nihil in com-
paratione alterius, tunc voluntas est
occasionata ad volendum mori, quo-
niam aliud sæculum valet plus quám
istud, & ipsa voluntas non est oc-
casionata ad tristitiam, quoniam ho-
mo

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIX. 251
mo necessariò debet mori; sed ratio
& causa quare homines desolantur
& tristantur in die mortis est, quia
non sciunt uti virtute, quam poten-
tialiter habent, nec sciunt memorare
nec intelligere nec velle.

20. Nām si homines, qui tristan-
tur præ timore mortis, vel præ do-
lore pœnarum, quas sustinent, sci-
rent memorare & intelligere & ama-
re, *Domine*, scirent memorare & in-
telligere, quòd pœnæ & etiam de-
lectationes hujus mundi sint finitæ
& terminatae intra exiguam quanti-
tatem & modicum spaciū vitæ, &
tunc non tristarentur ; quia sicut vo-
luntas habet naturam & proprietatem
habendi placitum & lætitiam quando
memoria memorat & intellectus in-
telligis infinitam gloriam Paradisi, ita
habet naturam & proprietatem ha-
bendi consolationem, quando me-
moria memorat & intellectus intel-
ligit brevitatem vitæ mundanæ &
brevem finem laborum & placitorum,
quæ

252 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
quæ habet homo in hoc mundo; sed
quando memoria non memorat nec
intellectus intelligit cœlestem gloriam
nec brevitatem vitæ mundanæ, sed
memorat & intelligit placita hujus
mundi, tunc voluntas timet mortem
& de ea tristatur.

21. *Virtuose Domine!* Sicut qui-
dam homines sciunt melius scribere,
quam alii, & quidam sciunt melius
consulere quam alii, ita quidam sci-
unt melius memorare & intelligere
& velle, quam alii; quia sicut in scri-
bere & consulere est modus sensua-
lis, ratione cuius quidam homines
habent artem melius quam alii, ita
quidam homines melius habent mo-
dum & artem consolandi se quam alii;
& sicut occasio artium sensualium
consistit in ductu manūs & in usu & in
imaginatione figurarum sensualium,
ita occasio intellectualis, per quam scit
homo habere consolationem consis-
tit in scientia memorandi & intelli-
gendi & amandi tuas gloriosas Vir-
tutes

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIX. 253
tutes, & in scientia memorandi &
intelligendi & contemnendi vanas de-
lectationes temporales.

22. h. *Perdurabilis Domine!* *Qui*
das gloriam & benedictionem tuis ser-
vis. Intellectualiter intelligimus, quod
sicut homo non potest implere va-
sa vacua, quin in eis ponat aliquid,
ita humana voluntas non possit ha-
bere consolationem, nisi velit id,
quod tua voluntas vult; quia, sicut
vasa sunt vacua per hoc, quod non
sint plena, ita voluntas hominis est
desolata per hoc, quod non vult id,
quod tua Voluntas vult: Igitur cum
hoc ita sit, qui vult consolari sciat
habere artem & modum volendi id,
quod tua Voluntas vult, sicut habet
artem & modum implendi vasa va-
cua.

23. Sicut homo, *Domine*, non
potest volare, eo quod non habet
alas, ita nulla voluntas, quae non
vult id, quod tua Voluntas vult, po-
test consolari de ulla re sibi con-
tra-

traria: Igitur sicut homo haberet stultam voluntatem , si vellet volare non habendo quo possit volare , ita haberet stultam voluntatem si vellet consolari non volendo id, quod tua Voluntas vult: & sicut homo potest implere quocunque vas quantumcunque magnum aquâ maris , ita quilibet homo potest implere suam voluntatem consolatione , dummodo velit ponere in eo id , quod tua Voluntas vult , sed sicut homines pauperes non possunt implere suas magnas arcas auro & argento , ita nullus homo nolens id , quod tua Voluntas vult , potest implere suam voluntatem consolatione: Igitur cùm hoc ita sit , qui vult consolari sciat memorare & intelligere & amare omnes prædictas res ad gloriam & laudem tuæ gloriosæ Voluntatis.

24. *Consolator Domine!* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus , quod amicus , quantum memorat & intelligit poenas & labores

&

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLIX. 255
& ploratus, quos sustinet pro amo-
re sui amati, tantum consoletur in
eis; quia per hoc, quod voluntas a-
mici velit id, quod vult amatus, a-
mat amicus labores quos sustinet, ut
possit facere voluntatem sui amati:
Igitur cum hoc ita sit, qui vult con-
solari & latari faciat, quod tu sis
suis amatus, ut in tuo amore sit su-
um gaudium & sua consolatio, quo-
ties ad honorandum & laudandum
Te & ad serviendum tibi erit in la-
boribus & ploratibus.

25. i. *O Domine! Qui potes & scis
omnia que vis. Ratio & causa, qua-
re homo latifidat infantulum par-
vum plorantem, quando ei dat ali-
quam rem puerilem modici valoris,
est, quia ipse parvulus non habet
magnam memoriam nec intelligen-
tiam nec voluntatem in re pro qua
plorat, & ideo, sicut pro modica
re plorat, ita pro modica re,
quæ ei datur, consolatur: Igitur
cum hoc ita sit, qui vult consolari*
de

256 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
de suis magnis defectibus , sciat face-
re opositum infantuli parvuli; quia
qui multa peccata memorat & intel-
ligit , multam misericordiam debet
memorare & intelligere & amare,
& magnas afflictiones & magnos plo-
ratus & magnam contritionem cor-
dis & magnas pœnitentias debet ha-
bere & non debet consolari nisi per
magnas res ; quoniam sicut in magis
rebus peccavit & erravit , ita mag-
nami pœnitentiam & magnam satis-
factionem debet facere & velle.

26 *Juste Domine !* Quando homo
pro amore tui sustinet labores & op-
probria & tormenta ad homordan-
dum & laudandum Te & ad facien-
dum quod honoreris ab illis , qui
Te non honorant , unde provenit,
quod in eo possit esse ulla ira vel
tristitia vel desolatio , cum labores
& afflictiones , quas sustinet , debe-
ant ei esse consolatio? nam sicut ho-
mo est occasionatus ad habendum
placitum , quando habet id , quod
sua

Lib.V. Dist. XL. Cap. CCCXLIX. 257
sua voluntas vult , ita est occasionatus ad habendum consolationem quando habet labores & poenas pro tuo amore : Unde benedictus sis , *Domi-ne DEUS* , quia sicut homo stultus facit contra suam voluntatem , quando ei datur id , quod amat & non vult illud acceptare , ita & adhuc multo plus sine omni comparatione est homo stultus , quando Te vult amare & honorare , & irascitur & desolatur de honoratione , quam tibi facit gravibus laboribus , quos sustinet pro tuo amore , in quibus tu recipis honorationem & honorem , quotiescumque creatura habeat laborem ad honorandum suum Creadorem .

27. *Gloriose Domine !* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus , quod quantum honoratus Rex facit honorem vasallo & eum induit regiis vestibus , & eum ponit in suo consilio & ei manifestat sua secreta & cum approinquit suæ familiat-

R

titati

258 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
ritati & suo amori , tantum ei det
rationem & causam gaudii & placi-
ti : Igitur cùm hoc ita sit , quinam
sunt homines adcō benè consolati
sicut illi , qui ad honorandum Te
& serviendum tibi laborant & plo-
rant & moriuntur , dum memorant
& intelligunt labores & afflictio-
nes & gravem mortem , quam tua
Humanitas sustinuit pro amore nos-
tri ? Unde benedictus sis , *Domine DE-*
US , quia sicut vasallus esset stultus
si non vellet regias vestes , quas Rex
ei dat similes suis , nec vellet fami-
liaritatem & amorem & honorem ip-
suis Regis , ita & adhuc multò plus
siné omni comparatione sunt stulti
qui timent sustinere labores & passio-
nem & mortem pro tuo amore .

28. k. *Domine Dominorum ! Qui es*
ratio & occasio nostrarum benedictio-
num. Sicut dare significat gratiam in
illo , qui dat , & placitum in illo ,
qui recipit , ita significatur huma-
no intellectui , quod , qui pro Te
labo-

laborant & plorant & moriuntur,
debeant tibi gratias agere: Igitur cùm
hoc ita sit, unde provenit, quòd
aliqui ipsorum desolentur & tristén-
tur in malis quæ sustinent? Benedic-
tus sis, *Domine DEUS*, quia ratio
& causa, quare hoc ita est, est quia
non sciunt intelligere id, quod vult
sua voluntas, quoniam ipsa vult Te
honorare in illis, qui Te non hono-
rant, & quando illis non credunt &
eos torquent, habent desolationem
& tristitiam in malo, quod sustinent,
& in hoc quod vident infideles non
honorare Te sicut ipsi vellent: Un-
de isti non sciunt intelligere id, quod
volunt, scilicet quòd tu vclis plus
honorari ab illis, qui ad honotan-
dum Te laborant, quàm ab infideli-
bus, quos volunt inducere ad sanc-
tam Fidem Catholicam ad honoran-
dum Te, & quòd Te non possent
ad ciò benè honorare, si non torque-
rentur & vilipenderentur & occide-
rentur pro tuo amore.

29. Igitur cùm hoc ita sit, *Domine*, qui volunt honorare Te in aliis, quare non sciunt intelligere honorationem, quam tu vis habere in eis & per eos afflictos & occisos protuo amore? & quare ipsi habent pœnam & tristitiam & desolationem ex hoc quod non sis honoratus ab infidelibus, quoniam amas honorari à fidelibus qui pro Te laborant? & quare fideles timent inhonorari in ulla re in qua Tu honoreris? videtur mihi, *Domine* totum hoc provenire ex eo, quod memoria non sciat memorare nec intellectus intelligere id, quod tua Voluntas vult; quia voluntas illorum qui pro Te laborant, vult, quod tu honoreris ab infidelibus & à peccatoribus, & memoria non memorat nec intellectus intelligit honorationem, quam tu recipis in hominibus justis, qui ad honorandum Te laborant: Igitur propterea voluntas non potest habere consolationem in laboribus, quos homines

Lib. V. Diff. XL. Cap. CCCXLIX. 261
nes justi sustinent, eò quòd memo-
ria non memoret nec intellectus in-
telligat honorationem, quam tu in
eis vis habere.

30. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, qui adeò benè hoc ordinasti, quia nullus homo est excusatus ab honorando Te, nec ullus homo habet rationem habendi consolatio-
nem, si Te non honoret: Igitur cùm
sint homines infideles, & sint homi-
nes fideles valde peccatores, per hoc
homines justi sunt occasionati ad ho-
norandum Te; &, si ipsi non pos-
sunt inducere infideles & peccatores
ad honorandum Te, saltem possunt
honórire Te in se ipsis sustinendo
pro tuo honore Paupertatem & fa-
mem & sitim & calorem & frigus &
opprobria & exilia & labores & mor-
tem, quia non est ulla alia hono-
ratio, quam creatura possit facere
suo Creatori, adeò magna, sicut est
ista; & si hoc ita non esset, seque-
retur, quòd Apostoli & Martyres qui
sunt

262 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol.III.*
sunt honoratores aliis in gloria non
essent digni suo honore , nec tu es.
ses justus, quod est impossibile , & per
hanc impossibilitatem significatur hu-
mano intellectui , quod major con-
solatio quam homo possit habere in
suis laboribus , sit , quod eos impen-
dat ad gloriam & honorem & ho-
norationem sui gloriosi & honorati
DEI.

CAPUT CCCL.

*Quomodo homo oret & contempletur
nostrum Dominum DEUM,
ut sit ei obediens.*

i. O DEUS quem amant & volunt
a. & timent & cui obediunt om-
nes populi ! Qui vult esse obediens
tuis mandatis oportet, Domine, quod
sciat habere artem & modum & re-
gulam per quam possit in sua me-
moria & intellectu & voluntate de-
ducere in actum virtutem , quam in
eis.

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCL. 265
eis posuisti in potentia, ut eam de-
ducat in actum obediendo tibi intel-
lectualiter & ut per obedientiam in-
tellectualem possit formari in eo obe-
dientia sensualis per memoriam & in-
tellectum & voluntatem obedientes
tuis justis mandatis.

2. *Gloriosè Domine!* Sicut manus
& pedes & oculi & aures & os &
alia membra debent obedire rationa-
li potentiæ, ut moveantur ordinatè
secundùm discretionem ipsius, ita
memoria & intellectus & voluntas
hominis debent esse obedientes tuæ
sanctæ Unitati & Trinitati & tuæ
sanctæ Potestati & Sapientiæ & Vo-
luntati & aliis tuis Vitutibus, &
tuæ sanctæ Humanitati & omnibus
qualitatibus ipsius; & hoc oportet
ita esse, ut obedientia quam anima
habet in memorando & intelligen-
do & amando omnes prædictas res,
moveat ad obedientiam omnes sen-
sualitates & intellectualitates homi-
nis, quæ sunt subditæ ad obedien-
dum

264 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
dum memoriæ quæ Te memorat,
& intellectui qui Te intelligit, &
voluntati quæ Te amat.

3. *Virtuose Domine!* Sicut corpus
hominis est artificiatum sensualiter
tali modo, quòd sua potentia ve-
getativa & sensitiva possint recipere
sustentationem à potentia vegetati-
va, quæ est in rebus quas homo
comedit & bibit & odorat & sen-
tit, ita anima est artificiata intel-
lectualiter, ut sciat ordinare suam
memoriam & suum intellectum &
suam voluntatem ad obediendum tuæ
sanctæ Unitati & Trinitati & tuis Pro-
prietatibus & Virtutibus; sed sicut
per inordinationem sensualem in ar-
tificio corporis infirmi vel vulnera-
ti potentia vegetativa non potest sus-
tineri nec recipere adjutorium à sua
sustentatione, ita multi homines vel-
lent esse obedientes, & non sciunt
tales esse, eò quòd errant in modo
& arte per quam memoria & intel-
lectus & voluntas sint tibi obedien-
tes,

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCL. 265
tes, & sub his tribus Virtutibus sunt
tibi obedientes omnes sensualitates
& intellectualites hominis.

4. b. *Adjutor Domine in omnibus
adjutoriis, misericors Domine in om-
nibus beatitudinibus!* Omnipotens modis
quibus dediti creaturis virtutem &
proprietatem significandi Te, est ho-
mo obligatus ad recipiendum id,
quod potest recipere à demonstra-
tione quam creaturæ dant de tua
Unitate & Trinitate: Igitur quantum
homo recipit id, quod creaturæ de
eis significant, tantum est tibi obe-
diens memorando & intelligendo &
amando Te in omni quo creaturæ
Te demonstrant: Igitur cùm omnis
substantia creata sit una & sit in tri-
bus rebus, ipsa per hoc significat &
demonstrat suum Creatorem esse u-
nam substantiam in tribus rebus.

5. *Honorate Domine!* Quando a-
nima memorat & intelligit & amat
prædictam significationem, & per
eam affirmat Te esse unum in Es-
sen-



266 B.Ray.Lulli Lib.Contēpl.Vol.III.
sentia & trinum in Personis , tunc
anima est obediens demonstrationi,
quam cræaturæ dant de tua Unitate
& Trinitate ; sed quando memo-
ria & intellectus & voluntas non re-
cipiunt demonstratiōnem, quam crea-
turæ dant de tua Unitate & Trini-
tate , vel quando memoria & intel-
lectus eam recipiunt & voluntas eam
non amat , tunc anima est inobedi-
ens tux sanctæ Unitati & Trinitati,
cò quòd non velit recipere id,
per quod utraque significatur & de-
monstratur.

6. *Unde gloria & benedictio sit
Domine DEUS tuo justo & glorioſo
mandato !* Quia sicut justus Princeps
vult , quod obediatur suo sigillo &
suo mandato , quando praecones an-
nuntiant id , quod ipse mandat suo
populo ; ita vis , *Domine*, quòd crea-
turæ significant humanæ Rationi tu-
am Unitatem & Trinitatem , ut me-
moreris & intelligaris & ameris in
Unitate & Trinitate : Igitur quan-
do

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCL. 267
do homo non obedit demonstratio-
nibus, quæ Te significant, tunc est
tibi injuriosus, & ratione hujus in-
juriæ tua Justitia habet rationem pu-
niendi eum igne perdurabili; quia
sicut Princeps facit præconem præ-
cedere hominem suspendendum, ut
significet Principem esse justum, ita
Tu mandas & vis, quod creaturæ
Te significant, ut homo possit me-
morare & intelligere & cognoscere
Te esse talem qualis es, & non ali-
um qualis non es; & si hoc non es-
set ita, Princeps haberet plus Sapien-
tiæ quam Tu, si per præconem de-
monstraret suam justitiam, & Tu per
creaturas non Te demonstrares ta-
lem qualis es, quod est impossi-
bile.

7. c. *O Domine! Qui amas scien-
tes memorare & intelligere & amare
significationes, quæ Te significant &
demonstrant. Sicut clementalis mate-
ria sufficit ad formandum formas,
quas natura format per generatio-
nem*

nem & corruptionem secundūm cursum naturalem , ita & adhuc multò melius anima habet virtutem per quam potest dare abundantiam memoriae & intelligentiae & amoris suis tribus virtutibus recipiendo significations, per quas demonstratur Infinitas tuæ glorioſæ Potestatis: Igitur quando anima scit frui virtute , quam ei dedisti, ut recipiat demonstrationem , quam cteaturæ dant de tua infinita Potestate , tunc est obediens suo Creatori , quando facit id, propter quod recipit naturam memorandi & intelligendi & amandi.

8. Igitur quando quidam homines credunt & dicunt firmamentum esse æternum , & tuam Potestatem non fuisse ante ipsum & Te non posse esse in Trinitate, nec esse incarnatum , nec posse facere bonum sinè malo, nec posse resuscitare hominem mortuum & sic de aliis rebus similibus, tunc sunt inobedientes Infini-
tati

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCL. 269
tati tuæ glorioſæ Potestatis , quæ eſt
adeò potens , quòd ſe faciat ſignifi-
cari ab omnibus creaturis, ut memo-
retur & intelligatur & ametur tan-
quam Potestas infinita.

9. *Glorioſe Domine!* Cúm Christiani
attribuant tuæ glorioſæ Potestati
omnes prædictas res , & infideles ne-
gent multas illarum , propterea qui
vult tentare & probare ſecundùm
quam Legem ſua memoria intellec-
tus & voluntas ſit plús obediens ſig-
nificationi , quam creaturæ dant de
ipſa , ſciat memorare & intelligere
ſecundùm quam Legem plús & ma-
nifestius ſignificetur Infinitas ipſius
tuæ Potestatis ; quia in illa ſunt me-
moria intellectus & voluntas plús o-
bedientes demonstrationi quam crea-
turæ dant de ipſâ.

10. d. *O Domine ! Cui tanquam justo*
& glorioſo DEO obeditur, & qui time-
tur in omnibus cælis & in omni ter-
ra. Quando memoria memorat &
intellectus intelligit tuam ſanctam Sa-
pi-

270 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
pientiam esse infinitam , & quando
voluntas amat id , quod memoria
memorat & intellectus intelligit , tunc
tota anima est plena obedientiâ me-
morando intelligendo & amando tu-
am sanctam Sapientiam honoratam
& gloriosam , & per influentiam o-
bedientiæ intellectualis , quæ est in
anima , motiva intellectualis movet
sensualem ad obediendum intellec-
tuali naturæ , ut totus homo sensua-
liter & intellectualiter se moveat ad
honorandum mandata tuæ sanctæ
Sapientiæ & ad obediendum eis.

ii. *Cælestis Domine !* Quando ho-
mo credit mundum esse æternum &
non esse ordinatum , & quando di-
cit Te non posse esse DEUM & ho-
minem , nec posse facere bonum si-
nè malo , & quando per tuam Sapi-
entiam attribuit prædestinationi tan-
tam vim , quòd sit contra tuam Po-
testatem & Justitiam & Misericordi-
am & Virtutem & Perfectionem ,
tunc est inobediens tuæ Sapientiæ,
quia

quia si anima esset ei obediens, affirmaret & crederet tuam Sapientiam & Scientiam fuisse antequam mundus fuerit, eò quòd aliter esset finita in virtute, cùm non esset plús æterna, quàm mundus. Et si homines infideles essent obedientes tuæ Sapientiæ, reciperent significationes creaturarum, quæ demonstrant eam esse aдеò magnam & perfectam, quòd sufficiat ad ordinandum res finitas; quia aliter esset finita, & quòd sufficiat ad sciendum facere, quòd JESUS Christus sit verus DEUS & Homo sinè alteratione Deitatis & Humanitatis, & quod tua Sapientia sciat homines, qui sunt salvandi & damnandi, quin per suum scire injurientur tua infinita Potestas & Voluntas & Justitia & Misericordia, quia aliter tua Sapientia non esset infinita, eò quòd daret sibi æqualibus Virtutibus finitatem & defectum.

12. *Sapiens Domine!* Si Rex scit se facere bonum quando non facit

ma-

272 B. Ray. *Lulli Lib. contēpl. Vol. III.*
malum , & se facere justitiam quan-
do non facit injuriam , & scit ani-
mam & corpus esse unum animal ra-
tionale sinè alteratione animæ & cor-
poris , & ipse est creatura & sufficit
ad sciendum omnes istas res , tunc
obediunt tuæ voluntati qui sciunt &
credunt tuam Sapientiam posse scire
facere bonum sinè malo , ut sciat bo-
num & non malum ; & si ipsa non
posset facere bonum sinè malo , me-
liorem sciret Rex se ipsum , quám
tua Sapientia posset scire se ipsam ,
& hoc idem est de tua Justitia ; quia
si tua Sapientia non sciret justitiam
in hominibus , qui salvantur , & in
hominibus , qui damnantur , non sci-
ret in se ipsa Justitiam ; & si ita es-
set , sciret se non esse Sapientiam
divinam , quia Sapientia , quam Rex
habet sciendo se ipsum justum in fa-
ciendo justitiam , esset major , quam
tua Sapientia ; Et hoc idem est de
Incarnatione ; quia si Rex scit se es-
se corpus & animam quin corpus al-
tere

teretur in animam nec è converso,
tunc tua Sapientia scit JESUM Christum posse esse DEUM & Hominem
sine alteratione Deitatis in Humanitatatem nec è converso; quoniam
si ipsa scit unire unam creaturam vel
multas ex diversis naturis sine altera-
tione illius vel illarum, etiam potest
scire unire se ipsam cum humana
natura sine alteratione earum.

13. c. *Misericors Domine placens me-
is amoribus! à quo veniunt omnes be-
nedictiones.* Qui vult esse obediens tuæ
justæ & perfectæ Voluntati, sciat me-
morare & intelligere & velle eam in
sua Justitia & Perfectione Virtute
Bonitate & Nobilitate; quia quando
anima submittit suam memoriam
ad memorandum & suum intellec-
tum ad intelligendum & suam vo-
luntatem ad volendum altam & ex-
cellentem Nobilitatem tuæ Volunta-
tis, & vult quidquid ipsa vult, tunc
est obediens eidem, quæ voluit ci-
dere virtutem memorandi intelligen-

S di

274 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
di & volendi, ut memorando intel-
ligendo & volendo fruatur Perfec-
tione ipsius.

14. *Santificate Domine!* Quando
hōmō est inobediens tuæ glorioſæ
Voluntati, tunc invertit suam vo-
luntatem contra finalem rationem,
propter quam tua Voluntas eam crea-
vit, & amat contra tuam Volunta-
tem, & dat suæ voluntati primam
intentionem & tuæ secundam; & prop-
terea homines peccatores obedien-
tes suæ injuriosæ voluntati sunt inobe-
dientes tuæ justæ Voluntati; & idēo
multi corum ei attribuunt id, quod
nunquam fuit volitum ab ea: dicen-
do ipsam velle malum culpæ, cō
quòd ipsum nunquam posset esse vo-
litum ab humana voluntate nisi esset
volitum à divina.

15. *Humilis Domine!* Intellectua-
liter intelligimus, quòd sicut homo
est constitutus Rex ad regendum, &
equus est factus ad equitandum, &
frumentum ad comedendum, & na-

vis

vis ad navigandum , & sic de aliis similibus , ita & adhuc multo melius virtus voluntatis sit creata in anima hominis ad volendum id, quod vult tua Voluntas : Igitur quando voluntas creata non vult id , quod tua Voluntas vult , tunc est ita inversa contra suam naturam sicut memoria , quando obliviscitur , & sicut intellectus , quando ignorat ; & sicut memoria facit contra suam virtutem obliviscendo id , quod deberet memorare , & intellectus facit contra suam naturam ignorando id , quod deberet intelligere , ita voluntas quae non vult tuam voluntatem nec id , quod est volitum ab ea , facit contra suam naturam in inobedientia Voluntati ,

I6. f. *O Domine ! Qui es dulcendo super omnes dulcedines , & honor super omnes honores . Qui vult esse obediens tuae Justitiae , oportet , quod sciat deducere de potentia in actum virtutem , quam ab ea repperunt me-*

276 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
memoria & intellectus & voluntas,
ut sua anima possit eam memorare
& intelligere & amare; quia sicut
natura adducit in actum formas po-
tentiales naturales, & artifex per ar-
tem adducit in actum formas po-
tentiales artificiales, ita anima ha-
bet libertatem, ut adducat suas vir-
tutes de potentia in actum per me-
morare & intelligere & amare & ti-
mere tuam sanctam & veram Justi-
tiam: Igitur quando anima habet
suas virtutes in actu fruendo tuâ
Justitiâ, tunc est obediens suo Crea-
tori in hoc, quod memoret & in-
telligat & amet tuam Justitiam, &
ratione hujus memoriæ & intelligen-
tiæ & voluntatis, motiva intellectua-
lis mota ad obediendum tuæ Justi-
tiæ movet motivam sensualem ad o-
bediendum eidem.

17. *Juste Domine!* Quantum me-
moria memorat & intellectus intel-
ligit tuam Justitiam, & voluntas a-
mat peccatum, tantum omnes tres
sunt

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXL. 277
sunt inobedientes tuæ Justitiæ ; quia
sicut corpus humanum , quod est in-
firmum per calorem , est infirmum
per paucam quantitatem frigoris &
per nimiam abundantiam caloris , i-
ta per hoc , quòd memoria parùm
memoret & intellectus parùm intel-
ligat tuam Justitiam & voluntas nimis
amet placita hujus mundi , sunt om-
nes tres inobedientes tuæ Justitiæ ;
quoniam , si memoria multùm me-
moraret & intellectus multùm intel-
ligeret tuam Justitiam , necessariò
oporteret , quòd voluntas eam mul-
tùm amaret ; & si voluntas multùm
contemneret delectationes tempora-
les , & multùm amaret tuam Justitiam ,
necessariò oporteret , quòd memo-
ria multum memoraret & intellectus
multùm intelligeret ipsam.

18. *Vere Domine !* Intellectualiter
intelligimus , quòd , sicut humana
voluntas est creata ad volendum tu-
am Misericordiam , ita sit creata ad
volendum tuam Justitiam ; quia tan-
tum

278 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
tum dominium & tantam actionem
habet tua Justitia super creaturas,
quantum tua Misericordia; Igitur cùm
hoc ita sit, qui tantum amant tuam
Justitiam, quantum tuam Misericor-
diam, sunt obedientes tuæ Justitiæ;
& si sunt ei obedientes, *Domine*,
oportet, quod tantum ament Te, si
tua Justitia in eis puniat suas culpas,
quantum si tua Misericordia eas re-
mittat, & iustum talem amorem vis,
Domine, in peccatoribus, ut in hoc
mundo sint obedientes tuæ Justitiæ,
& faciant pœnitentiam, ne vadant
ad pœnam perdurablem, in qua
non amatur tua Justitia & ut va-
dant ad gloriam æternam, in qua
amatur tua Justitia, & tua dulcis
Misericordia.

19. g. *Director Domine veri amo-*
ris & veri honoris! Quando anima
memorat & intelligit & amat tuam
infinitam Misericordiam gloriosam,
tunc implet eâ suam memoriam &
suam intellectum & suam volunta-
tem

tem, & per influentiam, quam habet recipiendo virtutem à tua Misericordia, quando eam memorat & intelligit & amat, sit memoria virtuosa in memorando & intellectus in intelligendo & voluntas in amando misericordiam, & hæc virtus dat obedientiam memorie & intellectui & voluntati in omni quod vult & facit tua Misericordia.

20. *Misericros Domine!* Quando tu das dona & indulgentias & gratias peccatoribus, & peccatores nolunt recipere significaciones, quas tua Misericordia dat de se ipsa, ut per eas memoretur & intelligatur & ametur ab ipsis, & ipsi nolunt eam memorare nec intelligere nec amare, tunc est sua anima inobedientis tuæ Misericordiæ per oblivionem & ignorantiam & per privationem amoris in sua voluntate, quæ tuam Misericordiam non amat: Igitur sicut homo rationalis sapiens & intelligens est occasionatus ad iram, quando dicit
&

280 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
& demonstrat rationem & veritatem
homini rationali non intelligenti nec
volenti intelligere, ita tua Justitia
movetur contra illos, qui significa-
tiones, quas tua Misericordia de-
monstrat de tua perfectione, nolunt
recipere memorando & intelligendo
& amando,

21. Unde benedictus sis, *Domi-
ne DEUS*, quia sicut Sol plus demon-
strat suam splendorem oculis, qui
sunt melius complexionati, & qui
habent maiorem virtutem visivam
quam aliis, qui non habent tantam
virtutem visivam; ita tua Misericor-
dia melius se demonstrat illis, qui
plus confidunt in ea, & qui plus me-
morant & intelligunt & amant signi-
ficationes ipsius, & qui plus obedi-
unt tuae Justitiae quam aliis: Igitur
cum in sancta Fide Romana tua Mi-
sericordia melius significetur, quam in
ulla alia lege, per hoc significatur hu-
mano intellectui, quod Christiani ha-
beant memoriam & intellectum &

VO-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXL. 281
voluntatem plūs obedientes tuæ Misericordiæ riciendo significationes, quas ipsa dat in sancta Incarnatione & Passione, quām qui negant & discredunt tuam sanctam Incarnationem & passionem.

22. h. *Condonator Domine in omnibus honorationibus, gloriose in omnibus perfectionibus!* Quando memoria memorat & intellectus intelligit Infinitatem & Perfectionem, quæ est in tua Bonitate, Veritate, Humilitate, Patientia & in aliis tuis Virtutibus & Qualitatibus, & quando voluntas obedit memoria amando id, quòd ipsa memorat, & intellectui amando id, quòd ipse intelligit, tunc est voluntas obediens significationibus, quas tuæ Qualitates dant memoriae & intellectui de sua Perfectione; & quando memoria memorat id, quod intellectus intelligit & voluntas amat de tuis Qualitatibus, & quando intellectus intelligit id, quod memoria memorat & volun-

tas

282 B. Ray. *Lulli Lib. Contpēl. Vol. III.*
tas amat de ipsis, tunc memoria
& intellectus sunt obedientes volun-
tati, & memoria est obediens intel-
lectui, & intellectus memoriae, ut
omnes tres sint obedientes tuis Virtu-
tibus recipiendo significationes, quas
dant de sua Perfectione.

23. Sed quando tuæ Virtutes, *Do-
mine*, intellectualiter significant in-
tellectualitatibus & sensualitatibus su-
am Perfectionem, ut cognoscatur ab
homine, & homo sit obediens tuis
mandatis, & memoria & intellec-
tus recipiunt earum significationes, &
voluntas eas non amat, vel eas a-
mat contra veritatem per inordina-
tam memoriam & intelligentiam,
tunc omnes tres sunt tibi inobedien-
tes; & per hanc inobedientiam sen-
sualitates fiunt inobedientes intel-
lectualitatibus, & per hanc inobe-
dientiam intellectualatum & sen-
sualatum homines fiunt peccatores
& contrarii significationibus & de-
monstrationibus, quas tuæ Virtutes
dant de se ipsis.

24. Jnf-

24. *Juste Domine!* Sicut potentia rationalis est obediens temperantiae, & sicut appetitiva, quæ habet nimum appetitum contrarium debili digestivæ, est inobediens conscientiæ; ita anima hominis justi sapientis est obediens significationibus tuarum Virtutum, & est inobediens falsis demonstrationibus, quas inordinatae significationes dant contra veras significationes tuarum Virtutum; Igitur sicut homo est virtuosus, quando est obediens significationibus, quas tuæ Virtutes dant memoriæ & intellectui & voluntati ordinatis, & quando est inobediens falsis demonstrationibus tuarum Virtutum significationis per falsas & inversas & alteratas memoriam & intelligentiam & voluntatem, ita per oppositum est viciosus

25. i. *Domine!* *Qui honoras & amas & aggratias & beatificas servos & amatores obedientiae.* Quando potentia motiva intellectualis movet
nic-

284 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
memoriam ad memorandum & intellectum ad intelligendum & voluntatem ad amandum tua opera, tunc est obediens significationibus, quas tua operâ dant de tua infinita & æterna Perfectione; & per obedientiani, quæ est in motiva intellectuali movetur motiva sensualis in quinque sensibus sensualibus ad obediendum motivæ intellectuali.

26. Sed quando anima, *Domine*, movet motivam intellectualiem ad obliviscendum & ignorandum & dismandum tua opera, & movet memoriam ad memorandum falsas opiniones, & intellectum ad opinandum ipsas esse veras, & voluntatem ad amandum id, quod memoria putat memorare & intellectus intelligere, tunc motiva intellectualis movet sensualem, & propterea sunt homines in errore & in inobedientia intellectuali & sensuali, & credunt & dicunt & affirmant errores & hæreses negando tua opera, & affirmando sic-

Lib.V. Dist. XL. Cap. CCCXL. 285
ri à Te id , quod est contrarium tuo
operi & demonstrationi tuæ Perfec-
tionis.

27. *Nobilis Domine ! Quando ve-*
ra lex formatur ex mortificato intel-
lectu; & ex vera memoria & volun-
tate, tunc est intellectus obediens
memoriae & voluntati intelligendo se
non intelligere legem memoratam &
volitam & à se affirmatam esse veram,
& quando ratio vera & necessaria for-
matur ex vera memoriâ & intelligen-
tia, & voluntas eam diseredit & disa-
mat, tunc voluntas est inobediens me-
morie & intellectui : igitur cum hoc
ita sit, per istum modum possunt
Christiani significare & demonstrare
saum intellectum memoriam & vo-
luntatem plus obedientes per fidem &
per rationem demonstrationibus tuo-
rum operum quam alii.

28. k. *Misericors Domine ! à quo*
speramus gratias & dona & Indul-
gentias, & perdurablem beatitudi-
nem . Quantò intellectualitates sunt

mo-

286 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
meliores & nobiliores creaturæ, quám
sensualitates , tantó plús sunt obli-
gatæ ad obediendum significationi-
bus tuarum Virtutum & tuorum
opcrum ; veruntamen sicut omnes in-
tellectualites sunt obligatæ ad obe-
diendum tuis mandatis , ita omnes
sensualitates sunt obligatæ ad obe-
diendum ipsis , sed sicut homo dives
est plús obligatus ad dandum dona
pauperibus , quám homo pauper , ita
intellectualites , secundūm quod
plús gratiæ receperunt à suo Crea-
tore , sunt plús obligatæ ad obedi-
endum cī; Igitur cùm hoc ita sit ,
qui vult intelligere & scire , in qua
lege & fide tibi detur major obedi-
entia sensualiter & intellectualiter ,
oportet , quòd sciat memorare & in-
telligere decem mandata ; secundūm
quod continentur in *arbore decem
mandatorum hujus Libri.*

29. *Virtuose Domine!* Cùm mis-
ris Filium ad assumendum humanam
carnem ex nostra Dominâ sanctâ MA-
RIA

RIA Virgine gloria ad demons-
trandum Perfectionem tuarum Vir-
tutum , & velis quòd Hostia & Vi-
num sacrata alterentur in Carnem &
Sanguinem , & intellectualites va-
leant multò plús quám sensualites
in humana specie ; propterea anima
est plús obligata ad obedendum signi-
ficationi , quam intellectualites
recipiunt à tuis Virtutibus in tua In-
carnatione & Passione & in Sacrifi-
cio Hostiæ & Vini , quam significa-
tioni , quam sensualites dant secun-
dum cursum naturæ sensualis ; quia ,
si anima non esset plús obligata ad
recipiendum id , quod intellectuali-
ter intelligit de tuis Virtutibus per
magnam influentiam virtutis earum ,
quam ad recipiendum id , quod in-
telligit per demonstrationes sensua-
les , intelligeret res sensuales esse me-
liores , quam intellectuales , & tuas
Virtutes intellectuales concordare &
convenire melius cum rebus sensua-
libus , quam cum intellectualibus ; &
si .

288 *B. Ray. Lulli Lib. contēpl. Vol. III.*
si ita esset, demonstraretur tuas Vir-
tutes esse de natura sensuali, quod
est impossibile.

30. Unde benedictus sis, *Domine*
DEUS, quia sicut quodlibet indivi-
duorum corporalium est in prima
substantia, eò quòd habeat formam
sensualēm, & sicut materia genera-
lis vel animalis est in secunda subs-
tantia, eò quòd careat forma sen-
suali, & sicut species sunt propinquio-
res primæ substantiæ, & genera secun-
dæ, ita homines plus obedientes de-
monstrationibus intellectualibusquam
sensualibus accedunt plus ad obedien-
dum significationibus, quas tuæ Vir-
tutes dant de tua Perfectione, quam
homines plus obedientes demonstra-
tionibus sensualibus quam intellectualibus;
quia quanto homo plus obe-
dit cursui naturali sensuali quam in-
tellectuali significationi tuarum Vir-
tutum, tanto attribuit majorem vir-
tutem & potestatem & perfectionem
cursui naturæ quam tuis gloriosis Vir-
tutibus divinis. CAP.

CAPUT CCCLI.

Quomodo homo orando & contemplando confiteatur nostro Domino DEO.

i. **O** DEUS excellens Domine! qui propter veram confessionem amas tuos amatores. Quia homo est compositus ex natura sensuali & intellectuali, & est peccator sensuali-
ter & intellectualiter, oportet, quod confiteatur sensuali- & intellectua-
liter; & ideò qui amat confessionem, oportet, quòd sciat habere artem & modum, per quem sensuali- confiteatur peccata sensuala, & intel-
lectualiter confiteatur intellectualia,
& pœniteat ipsorum.

2. Igitur cùm hoc ita sit, *Do-
mine*, qui amat & vult eonfessionem
intellectualem, oportet, quòd cam
inquirat in tribus potentiis animæ in
potentia imaginativa & in rationali

T &

290 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
& in motiva intellectuali & in quinque sensibus intellectualibus; & qui amat confessionem sensualem, oportet, quod motiva sensualis obediat motivae intellectuali, & confiteatur peccata potentiae vegetativae & sensitivae & quinque sensuum sensuum.

3. *Gloriose Domine!* Quando homo dixerit ad confessionem omnes suas intellectualites & sensualites, tunc oportet, quod confiteatur *duobus modis*, quorum *unus* est, quod confiteatur tuæ Justitiæ per viam pœnitentiaæ & pœnitudinis suorum peccatorum, & se puniat & judicet, ne tua Justitia cum puniat & judicet; & *alius*, quod confiteatur per viam spei & misericordiæ confidendo in tua Misericordia, quæ parcit omnibus illis, qui in ea confidunt & ab ea sperant gratiam & benedictionem.

4. b. *Amator Domine donorum & indigentiarum & gratiarum & be-*

ne-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLI. 291
nedictionum! Qui amat & vult cónfessionem intellectualm , oportet, quòd sciat memorare & intelligere peccata , quæ fecit per quinque sensus intellectuales , & quando ea memoraverit & intellexerit , oportet, quòd voluntas habeat tantam pœnitudinem ipsorum , quòd memoria memoret & intellectus intelligat ipsam odire quòd voluerit illa , & propondere imposterūm nunquam ea velic.

s. Et quando omnes istas tres virtutes direxerit homo , *Domine* , ad confessionem intellectualm , scilicet memoriam ad memorare & intellectum ad intelligere , & voluntatem ad pœnitere sc̄ voluisse peccata quæ voluit , & ad velle nunquam ad ea redire , tunc oportet , quòd memoria memoret & intellectus intelligat peccata , quæ anima fecit memorando & intelligendo ; & post hanc memoriam & intelligentiam oportet , quòd memoria iterum me-

mo-

292 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
moret & intellectus iterum intelligat
peccata , quæ memoria fecit per obli-
vionem , & peccata quæ intellectus
fecit per ignorantiam ; & quando
memoria memoraverit peccata quæ
fecit per memorare & per oblivisci,
& intellectus intellexerit peccata quæ
fecit per intelligere & per ignorare,
oportet , quòd postea quælibet trium
virtutum tractet de peccatis , quæ
alii fecerunt , scilicet quòd memo-
ria memoret ea in quibus peccave-
runt intellectus & voluntas , & in-
tellectus intelligat ea, in quibus pec-
caverunt memoria & voluntas , &
voluntas odiat peccata quæ fecit a-
mando & odiendo , & peccata quæ
fecerunt memoria & intellectus , &
velit quòd ea non fecissent.

6. *Cælestis Domine!* Cùm tota is-
ta ordinatio sit necessaria ad confes-
sionem , oportet , quòd per hanc or-
dinationem intellectuali homo se
mutet ad ordinationem sensualem , ut
confessio sit composita ex sensuali-
tate

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLI. 293
tate & intellectualitate & melius ha-
beat perfectionem; & propterea o-
portet, quod loco Tu*ī*, homo con-
fiteatur alteri homini, qui sit tuus
Locum-tenens, & sensualiter ei di-
cat peccata, quae fecit sive sensuali-
ter sive intellectualiter, ut habeat
verecundiam ipsorum, & ut ille, cui
confitetur, eum dirigat ad satisfa-
ctionem & pœnitentiam & ad confi-
dendum in tua Misericordia; & si
accidat, quod homo, qui confite-
tur, non sciat ordinare tres virtutes
ad confessionem secundum ordina-
tionem prædictam, oportet, quod
confessarius, cui confitetur, eum di-
rigat ad prædictam ordinationem.

7. c. *Misericors Domine plene mi-
sericordia & pietate!* Sensualiter sen-
timus & intellectualiter intelligimus
multos homines, quando confiten-
tur, confiteri corde & voluntate &
intentione nunquam redundi ad pec-
cata; quia sua memoria memorat &
suus intellectus intelligit voluntatem
ad eo

‘294 B. Ray. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
adecò pœnitere illorum , quòd pro-
ponat nunquam velle redire ad ea,
nec sibi placere , quòd memoria &
intellectus iterum peccent; & post-
quam verè confessi sunt per ordina-
tam memoriam & intellectum & vo-
luntatem , accidit aliquibus eorum,
quòd sua voluntas iterum amet pec-
cata tali modo , quòd omnes tres
Virtutes faciant contra id , quod pro-
posuerant in confessione : Igitur ex
hoc demonstratur humano intellectui , quòd voluntas & memoria &
intellectus sint res terminatae intra
certam quantitatem,

8. *Virtuose Domine !* Intellectua-
liter intelligimus , quòd , quando a-
nimæ confitetur verâ memoriâ & in-
tellectu & voluntate , & postea redit
ad peccatum , tunc memoria memoret
& intellectus intelligat , quòd ipsa , an-
tequam confiteretur & in confessione
& post confessionem usque ad tempus ,
quo rediit ad peccatum , valeat plus in
suo memorare & in suo intelligere &
in

in suo velle, quām quando redit ad peccatum per corruptum memorare & intelligere & velle: Igitur cūm hoc ita sit, significatur, quōd peccatum sit res, quæ vertit & pvercit ordinatum memorare & intelligere & velle in inordinatum memorare & intelligere & velle, & vera confessio sit res, quæ vertit & convertit inordinatum memorare & intelligere & velle in ordinatum memorare intellegere & velle: Igitur si esset peccatum quod verteret & pverteret in anima virtuosum memorare & intelligere & velle in vitiosum, & non esset confessio, quæ in ea verteret & converteret vitiosum memorare & intelligere & velle in virtuosum, significaretur, *Domine*, quōd anima esset in conditione plūs malâ quām bonâ, & quōd Tu eam non fecisses ita liberam ad salvationem, sicut ad damnationem; &, si hoc ita esset, Tu essem animæ injurious, quod est impossibile.

9. *Gloriose Domine!* Sicut anima est deteriorata in suo memorare & intelligere & velle, quando post confessionem redivit ad peccatum in hoc quod ante confessionem & in confesione & post ipsam usque ad peccatum memoraret & intelligeret & amaret pœnitentiam peccati & proposiceret nunquam redire ad peccatum, ita per confessionem potest anima meliorare suum memorare & intelligere & velle ante & post confessionem peccati ; quia plus occasionata est anima ad multam afflictionem & contritionem & pœnitentiam & spem in tua Misericordia post peccatum redcundo ad veram confessionem, quam ante peccatum ; & quod hoc ita sit, probatur in aliquibus hominibus, qui fuerunt valde culpabiles & peccatores & vehementius & ferventiū & majoribus afflictionibus & contritionibus & fletibus dolent & faciunt pœnitentiam & restitutionem, quam alii, qui non
fue-

10. d. *Remissor Domine plene dulci misericordia!* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus quosdam homines , antequam confiteantur , memorare & intelligere , quod post confessionem redibunt ad peccata , quæ volunt confiteri ; & propterea memoria memorat & intellectus intelligit voluntatem eorum amare res contrarias in hoc quod amet confessionem & amet redire ad peccatum , quando memoria memorat & intellectus intelligit eam reddituram esse ad illud ; & hoc est valde mirabile , quod voluntas amet confessionem & peccatum , sed intelligitur non esse mirabile secundum *Quartam figuram Veritatis* (vide Cap. 331. pag. 93. Tomi XIV.) in qua figura sunt homines amantes peccatum & confessionem: Unde prædicti homines non sunt fideles amatores veræ confessionis existendo in *Quarta figura Veritatis* , nec pos-

298 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl.Vol.III.*
possunt verè confiteri , quousque ex-
cant à *Quarta figura* & se mutent
ad amandum confessionem in *Prima*,
& in *secunda* ad odiendum pecca-
ta memorando & intelligendo & di-
famando illud , & memorando &
intelligendo & amando tuam Justi-
tiam in prima figura.

ii. Unde benedictus sis *Domine DEUS* quia sicut homo facit con-
tra cursum naturæ , quando elevat
aquam per fistulam, ita voluntas quæ
amat confessionem in *Quarta figura Veritatis* , facit contra memoriam &
intellectum & contra se ipsam , quo-
niam memoria memorat & intellec-
tus intelligit eam velle redire ad
peccatum post confessionem ; quia
sicut homo per artem elevat aquam
per fistulam à loco inferiori ad lo-
cum superiorem , & aqua ascendit
contra suam naturam , ita nimia vo-
luntas peccandi facit memoriam me-
morare & intellectum intelligere ip-
sam voluntatem , quæ amat confes-
sionem

sionem & peccatum, habere paucam contritionem & paucam conscientiam, sicut aqua habet paucam vim ad resistendum arti, quæ facit eam ascendere per fistulam.

12. Nam sicut artificium, quod homo facit, elevat aquam sursum, ita, *Domine*, conscientia & contritio & devotio & memoria & intelligentia & amor tuarum Virtutum mortificant voluntatem, quæ amat peccatum, quando anima confitetur memorando & intelligendo se esse peccaturam post confessionem; quoniam sicut aqua movetur à loco inferiori ad locum superiorem, ita memoria & intellectus & voluntas, quando vivaciter moventur ad fruendum tuis Virtutibus, movent de potentia in actum conscientiam & contritionem, devotionem, poenitentiam & veram confessionem: Igitur cùm hoc ita sit, bonum est, quòd homo confiteatur sensualiter, licet non confiteatur intellectualiter, quando de-

fi-

300 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
ficit ei propositum non redundi ad
peccatum post confessionem.

13. e. *O Domine! Qui es confiden-
tia meæ spei & perfectio meæ vo-
luntatis. Sicut Sol calefacit corpo-
ra elementata licet non sit calidus
in sua natura, sed per similitudinem,
in qua est cum igne, & per conve-
nientiam, quam habet cum eo in
puritate & claritate, attrahit calo-
rem ignis corporis clementati ad su-
perficiem; eo quod ignis per adju-
torium Solis, qui cum eo convenit
in natura & non cum ullo alio ele-
mento, adjuvatur ad ascendendum
ad superficiem corporis; ita homo
peccator, qui amat confessionem,
& memorat & intelligit, quod redibit
ad peccatum, est similis dæmoni &
movetur ab ipso ad faciendum pec-
catum, quia sicut Sol & ignis conve-
niunt in aliqua proprietate, ita dæ-
mon & homo peccator accidentaliter
conveniunt in opere peccati; quo-
niam sicut dæmon memorat & intel-
ligit*

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLI. 301
ligit & non amat tuam Bonitatem &
tuam Justitiam & Misericordiam, ita
homo peccator memorat & intelli-
git pœnitentiam & tuam Justitiam
& Misericordiam & non amat eas:
Igitur sicut Sol movet ignem sursum,
& ignis per suum motum calefacit
plus superficiem exteriorem corpo-
ris quam interioritatem ipsius, ita
dæmon movet peccatorem ad pec-
candum, eo quod est ei similis in me-
morando & intelligendo & amando
& volendo, & peccator per hoc,
quod sinat se moveri a dæmons, fa-
cit contra naturam memorie & in-
tellectus & voluntatis amando con-
fessionem & non amando justitiam
nec misericordiam, eo quod amet re-
dire ad peccatum; quia si eas ama-
ret, non amaret peccatum.

14. *Juste Domine!* Sicut aliquæ res
sensuales sunt impossibiles, ut homi-
nem volare, ita aliquæ res intellec-
tuales vel compositæ ex sensualitate &
intellectualitate sunt impossibiles, sicut
ho-

302 B.Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
homini est impossibile benè confiteri,
quando memoria memorat & intel-
lectus intelligit, quòd voluntas pro-
ponat redire ad peccatum post con-
fessionem: quia si hoc esset possibile,
esset possibile quòd tua Misericordia
remitteret peccata voluntati amanti-
ca; & si hoc esset possibile, esset pos-
sibile, quòd tua Misericordia & tua
Justitia discordarent & inconveni-
rent, & si hoc esset possibile, esset im-
possible, quòd ipsæ essent divinæ, &
tunc esset impossibile quod confessio
& aliud sæculum & Tu essetis ali-
quid, quod est impossibile.

15. *Virtuose Domine!* Sicut figura
hominis in aqua est inversa & contra-
ria veræ figuræ in hoc quòd habeat
caput deorsum & pedes sursum, ita
confessio quæ fit memorante & in-
telligenti anima, quòd redibit ad
peccatum, est vana figura & contra-
ria veræ confessioni, quia vera con-
fessio non potest formari in natura
sensuali nec in intellectuali, nisi ani-
ma

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLI. 303
ma memoret & intelligat se non vel-
le redire ad peccatum: Igitur cùm
hoc ita sit, sicut forma citharedi pic-
ta in pariete est vana in hoc, quòd
non emittat sonum cum vana figu-
ra cithare, ita & adhuc plus est va-
na confessio sensualis, quando non
intrat in naturam intellectualem: Igi-
tur cùm confessio melius conveniat
cum natura intellectuali quam cum
sensuali, eò quòd tu sis natura in-
tellectualis, & homo confiteatur ti-
bi peccata, quæ fecit contra Te, qui
habet aures audiat & qui habet intel-
lectum intelligat, quam magnus de-
fectus sit consideri sensualiter & non
intellectualiter.

16. f. *Juste Domine! à quo spera-
mus misericordiam & gratiam.* Intel-
lectualiter intelligimus, quòd, quan-
do homo confitetur, & sua me-
moria memorat voluntatem poenite-
re peccatorum & non amare ipsa nec
proponere unquam amare ea, tunc
memoria memoret se & intellectum &

VO-

304 B.Ray.Lulli Lib.Contēpl.Vol.III.
voluntatem esse virtuosè in confes-
sione; & quando intellectus intelli-
git voluntatem non amare peccata,
quæ memoria memorat & pœnitere
ipsorum, tunc intellectus intelligat
se & memoriam & voluntatem esse
virtuosè in confessione, & volunta-
tem, quando odit peccatum, ama-
re virtuosè se ipsam & memoriam &
intellectum: Igitur cùm hoc ita sit,
vera confessio non potest formari in
ore hominis sínè virtuosis memoria &
intellectu & voluntate.

17. *Misericors Domine!* Quando
homo falsò confitetur, & anima me-
morat & intelligit, quod ipse post
promissionem, quam facit presbitero,
non satisfaciet pro peccatis, nec de-
sinet peccare, tunc omnes tres po-
tentiae animæ sunt vitiosæ in con-
fessione; quia, si voluntas vult re-
dire ad peccata & non vult satisfa-
cere, licet corpus sensualiter satis-
factionem promittat, memoria debet
memorare & intellectus intelligere
tuas

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXLI. 305
tuas Virtutes & vilitatem hujus mundi & peccati , quousque voluntatem verè pæniteat , & non neget intellectualiter id , quod corpus promittit & fatetur sensualiter ; & quia voluntas non adeò odit peccata, quòd non proponat ea amare , & non amat tantum tuas virtutes , quantum posset eas amare ; propterea facit memoriam memorare & intellectum intelligere taliter peccata , quòd anima inde deveniat vitiosa in sua memoria & in suo intellectu : Igitur cùm hoc ita sit , *Domine* , movetur alternatio inter tres potentias, quia memoria & intellectus conqueruntur tux Justitiæ de voluntate dicendo, quòd per nimis multùm amare peccata sint in peccato , & voluntas conqueritur de memoria & intellectu dicendo cídem quòd per nimis parum memorare & intelligere tuas Virtutes & vilitatem peccati sit in peccato.

18. *Gloriose Domine ! Sicut Spes & tua Misericordia mutuò se respi-*

306 B. Ray. *Lulli Lib. contēpl. Vol. III.*
ciunt in hoc, quòd tu parcas illis,
qui in Te sperant & confidunt, ita
Confessio & tua **Justitia** mutuo se
rescipiunt: in hoc, quòd tu parcas
illis, qui in sua confessione se judicant
& puniunt, & si hoc ita non esset,
vera confessio & tua **Justitia** non con-
cordarent, quod est impossibile; si-
cūt est impossibile, quòd tua **Mis-
ericordia** non adjuvet illos, qui in ca-
verè confidunt; quia si hoc non es-
set impossibile, & oppositum esset pos-
sibile, esset impossibile, *Domine*, quòd
in Te esset **Justitia** & misericordia,
quod est impossibile: Igitur cùm hoc
ita sit, quis est adeò ignarus & stul-
tus, quòd in Te non veré speret,
nec tibi verè confiteatur; quoniam
est adeò impossibile, quòd non inve-
niat indulgentiam & miserationem
& justificationem in Te, sicut est im-
possibile, quòd in Te non sit **Justitia**
& **Misericordia**.

19. g. *DEUS!* *Qui illuminas oculos*
intellectus, quando voluntas amat re-

COR-

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLI. 307
cordationem Tui. Intellectualiter intel-
ligimus, *Domine tuam* Justitiam sig-
nificare liberum arbitrium figuratum
& formatum in tribus potentiis ani-
mæ; quia si liberum arbitrium non
esset in anima, tua Justitia non de-
monstraretur humano intellectui: Igi-
tur quando anima intelligit tuam Jus-
titiam, intelligit liberam voluntatem,
quam inquirit intellectus in memo-
ria, quæ memorat, quòd quia in-
tellectus intelligit vilitatem peccati,
voluntas sit occasionata ad contem-
endum peccatum & vanas delecta-
tiones hujus mundi, & quia intel-
ligit placita, quæ habet homo in re-
bus subjectis peccato, occasionatur
voluntas ad amandum peccatum, &
per hoc formatur in ipsa voluntate
libertas movendi se ad faciendum bo-
num, vel ad faciendum malum.

20. Igitur quando memoria & in-
tellectus fruuntur tuâ Justitiâ, & re-
cipiunt significationes ipsius & alia-
rum tuarum Virtutum, & quando
meino-

308 B.Ray. Lubli Lib. Contēpl. Vol. III.
memoria memorat & intellectus in-
telligit vilitatem & immunditiam
peccati , tunc voluntas est totaliter
occasionata ad faciendum bonum &
evitandum malum per virtutem mo-
tivam memoriæ & intellectūs ; &
quando memoria obliviscitur tuæ Jus-
titiæ & tuarum Virtutum & intellec-
tus negotiantur & tractant de placi-
tis hujus mundi , ut voluntas ea amet,
tunc per motivam memoriæ & intel-
lectūs voluntas ast totaliter occasio-
nata ad peccandum : Igitur cum qua-
cunque motiva prædictarum conjun-
gatur voluntas, cum illa inclinatur ad
faciendum bonum vel ad faciendum
malum ad quod venit totaliter libe-
ra.

21. Unde quando evenit , Domi-
ne, quòd memoria se moveat ad obli-
viscendum & intellectus ad ignoran-
dum tuam Justitiam & alias tuas Vir-
tutes & peccata quæ homo fecit, &
quòd postea se moveat memoria ad
memorandum & intellectus ad intel-
legen-

ligendum peccata & vanas glorias hu-
jus mundi, & voluntas in suo motu
amando sequatur motum memorie
& intellectus, tunc se movent om-
nes tres simul in unum memorare
intelligere & velle, & omnes tres u-
niuntur in uno motu peccati: & hoc
est ratione magnae unionis & con-
junctionis, quæ est in his tribus po-
tentis: Igitur cum hoc ita sit, qui
amat confessionem, necessariò opor-
tet, quòd alteret & mutet motum
memoriae & intellectus & voluntatis
in contrarium motum.

22. h. *Amate Domine, dignè omni-
bus amoribus & omnibus honorationi-
bus!* Qui amat confessionem sensua-
lem, oportet, quòd homini confi-
teatur sensualiter defectus, quos fe-
cit in potentia vegetativa & sensitiva
& in earum motivâ sensuali motâ ad
peccatum in quinque sensibus sensua-
libus, & oportet, quòd verecundez-
tur coram illo, cui confitetur; &
velit satisfacere & pœnitentiam age-
re

310 B. Ray. *Lulli Lib. Contpēl. Vol. III.*
re secundūm mandatum & consilium
ipsius, ut sit ei obediens loco Tūi,
contra quem fecit defectus quos con-
fitetur.

23. Et quando homo, *Domine*,
confessus est sensualiter sua peccata
sensualia, oportet, quod confiteatur
sua peccata intellectualia; quia, cum
peccata intellectualia sint majora quā
sensualia, debet plus puniri pro-
pter ipsa, quam propter sensualia; &
si ipse non confiteretur ea, plus puni-
retur propter peccata sensualia, quam
propter peccata intellectualia, & con-
fessio esset injuriosa: Igitur cum ho-
mo necessariō debeat confiteri pec-
cata sensualia & intellectualia, opor-
tet, quod sancti & justi & sapientes
homines deputentur ad audiendum
confessiones, ut sciant artem & mo-
dum per quem homo sensualiter &
intellectualiter debet confiteri & per
quem sciat delere peccata sensualia
uno modo & intellectualia alio mo-
do; quia quantum indiget arte &
mo-

Lib.V. Dist. XL. Cap. CCCXLI. 311
modo, qui confitetur, ut faciat ve-
ram confessionem, tantum oportet
confessarium esse talcm, quòd sciat
artem & modum confessionis & sa-
tisfactionis, ut sciat extrahere pecca-
torem ab inordinatione, & cum po-
nere in ordinationem.

24. Unde benedictus sis, *Domine*
DEUS, quia, sicut faberlignarius scit
plus in ligno quàm ferrarius, & fa-
ber ferrarius scit plus in ferro quàm
lignarius, & sic de aliis artibus me-
chanicis, ita Tu voluisti, quòd sit
magisterium & ars in Clericis & Re-
ligiosis, qui sciant artem & modum,
secundum quem formatur vera con-
fessio; quoniam si in artibus mecha-
nicis voluisti destinare homines,
quanto più tua Justitia & Misericor-
dia & Sapientia & Bonitas signifi-
cant humano intellectui, quòd vo-
lucris destinare homines, qui sunt de-
putati ad audiendum confessores,
cùm confessio sit res cò plus neces-
saria quàm ulla ars mechanica, quo
plus

312 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.
plus stat in intellectuali natura quam
ars mechanica; cum quanto homo
plus accedit ad Te & ad virtutes
per confessionem quam per ar-
tem mechanicam, tantò sit confes-
sio plus necessaria quam ulla ars me-
chanica.

25. i Domine! à quo cum vera con-
fessione lucratur homo dona & indul-
gentias. Sensualiter sentimus & in-
tellectualiter intelligimus, quod cor-
pus non sit adeò nobilis naturæ sicut
anima; & per hoc significatur, quod,
quanto anima valet plus quam cor-
pus, tanto valeat plus sanitas animæ
quam sanitas corporis, & pejor sit
infirmitas animæ quam infirmitas cor-
poris: Igitur, si corpus habet me-
dicos, qui ei conservent sanitatem,
& qui ipsum dirigant ad eam si sit
infirmum, tua Justitia & tua Mis-
ericordia & Sapientia & Amor signi-
ficant humano intellectui Te ordi-
nasse, quod etiam anima habeat me-
dicos per confessionem; quia si eos
non

non haberet, significaretur in Te defectus prædictarum Virtutum.

26. *Virtuose Domine!* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus fortiorē rem esse occasionem quām casualitatem; & propterea esse plures & meliores res quae sunt occasionatē, quām quae fiunt casualiter: Igitur si tutor vel faber lignarius vel alii opifices confiterentur tibi & non haberent hominem qui esset deputatus ad audiendum confessiones & ad dandum eis consilium, plūs confiteretur homo casualiter quām occasionatē; quia nullus homo haberet artem & modum per quem confiteretur cum ordinatis memoria & intellectu & voluntate, & propterea foret confessio plūs per cursum casualitatis quām occasionis: Igitur cūm confessio sit homini adeo necessaria, oportet, quod plūs stet in occasione quām in casualitate, quia si ipsa plūs staret in casualitate, significaretur, quod non esset homini nec-

ccf-

314 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*
cessaria nec utilis; & si ita esset, signifi-
carietur, quod peccatum non da-
ret homini damnum, nec bonum opus
meritum.

27. Sicut oratio, *Domine*, injuria-
tur sensualiter & intellectualiter, quan-
do homo frangit verba & ea masticat
vel adçò accelerat, quod non for-
metur in eis dictio & verbum quod
dicit, ita & adhuc multò plus inju-
riatur confessio, si homo non con-
fiteatur confessario secundâ intentio-
ne, & Tibi primâ; quia sicut subs-
tantia est in individuo speciei primâ
intentione, & in specie, secundâ, &
hoc idem est de specie & genere.
quapropter individuum est primâ subs-
tantia & genus secunda, ita, *Domi-
ne*, prima intentione quare homo con-
fiteatur confessario debes esse Tu, &
secunda, ille cui confiteatur: Igitur
cum hoc ita sit, homines, qui con-
fidentur & se excusant & non accusant,
& proponunt redire ad peccatum,
dant tibi secundum intentionem, &

illis

Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCLI. 315
illis quibus confitentur primam, ut
eis significant se non esse multum cul-
pabiles.

28. k. *O Domine qui in die iudicii
& ante illum diem revelas peccata
quæ in confessione occultantur.* Sensua-
liter sentimus & intellectualiter in-
telligimus, quod hominibus, qui ti-
bi confitentur sine medio, non des-
ullam responsionem sensualem: Igitur
cum sit adeò magna necessitas & a-
dhuc major, quod homo in confes-
sione habeat responsionem sensualem,
sicut est magna necessitas quod fru-
mentum habeat pluviam, significatur,
quod, qui dat pluviam mino-
ribus necessitatibus, det responsionem
majoribus necessitatibus, quia nisi ita
esset, major esset tua virtus in dan-
do pluviam vegetabilibus, quam in au-
diendo confessionem hominum, qui
tibi confitentur, & hoc est impossibi-
le, scilicet quod Tu demonstres
plus tuam virtutem in creaturis mi-
noribus, quam in majoribus & me-
lioribus.

29. *iij-*

29. *Virtuose Domine!* Si esset prohibitum à Te hominem confiteri tibi per medium , quod est Presbyter cui homo confitetur, confessio Judæorum & Saracenorum esset melior, quám confessio Christianorum ; & Judæi & Saraceni essent meliores in confitendo, quàm Tu in auscultando confessionem ipsorum, quia confessio Christianorum non posset esse bona, nam esset tibi displicens; & cùm Judæi & Saraceni facerent suum debitum in confitendo , & Tu non faceres tuum in demonstrando eis statim satisfactionem & pœnitentiam, foret vana sua confessio , eo quòd non essent directi per eam: Igitur cùm sit impossibile, *Domine*, quòd non sis melior per audire confessionem quám homo per facere ipsam , per hanc impossibilitatem significatur , quòd confessio Christianorum sit tibi placens & acceptabilis.

30. *Virtuose Domine!* Quantum
vir-

virtus & veritas convenient & simili-
liter aliæ virtutes, tantum oportet,
quod convenient in virtute & veri-
tate, qui audiunt veram confessio-
nem, sicut qui verè confitentur; quia
si homo confiteatur virtuosè & verè
homini vitioso mendaci, poterit pri-
vari virtus & veritas in homine, qui
confitetur per defectum virtutis &
veritatis illius cui confitetur: Igitur
cùm hoc ita sit, & cùm vera con-
fessio sit res homini adeò necessa-
ria quis est qui posset estimare mag-
nam culpam falsi confessarii qui est
contrarius veræ confessionis, quæ est
via & semita perdurable beatu-
titudinis, ad quam nos vocat
noster gloriosus

DEUS.

** ** ** ** ** ** **
** ** ** ** ** **
** ** ** ** **
** ** ** **
** ** **
** **

**

INDEX

TITULORUM TOMI XV.

VOLUMEN III.

LIBER V.

DISTINCTIO XL.

De Oratione.

CAP. 340. Quomodo homo oret & compleetur & precetur honoratum & gloriosum DEUM, ut ei demonstret, unde bonum & malum habeant principium. fol. 3.

341. Quomodo homo oret & compleetur nostrum gloriosum DEUM, ut dirigat suum intellectum ad habendum cognitionem de rebus licitis, & de

rc-

INDEX

319

rebus prohibitis.

fol. 28.

CAP. 342. Quomodo homo oret & contempletur suum gloriosum DEUM, ut ei compleat desideria suæ animæ.

51.

343. Quomodo homo oret & contempletur & precetur nostrum gloriosum DEUM, ut ei det gloriam Paradisi.

75.

344. Quomodo homo oret & contempletur & precetur nostrum gloriosum DEUM, ut ei demonstret artem & viam secundum quam possit plorare sua peccata & suas culpas.

100.

345. Quomodo homo habeat Spem in nostro Domino DEO

126.

346. Quomodo homo oret & contempletur nostrum gloriosum DEUM, ut ei ostendat artem & modum per quem infideles possint dirigi & converti ad viam perdurablem beatitudinis.

151.


347. Quomodo homo orando & con-

- contemplando gratias agat nostro Domino DEO propter magna bona, quæ dat, & magnas culpas, quas remittit. fol. 182.
- CAP. 348. Quomodo homo oret & compleetur & precetur nostrum Dominum DEUM, ut cedit continentiam. 309.
349. Quomodo homo orando & contemplando precetur nostrum Dominum DEUM, ut sibi det conformatiōnem & consolatiōnem. 234.
350. Quomodo homo oret & compleetur nostrum Dominum DEUM, ut sit ei obediens. 262.
351. Quomodo homo orando & contemplando confiteatur nostro Domino DEO. 289.

ERRATA CONTENTA IN HOC Tomo.

Fol. 43. num. 22. lin. 2. alifiuid.
F dic. aliquid. fol. 70. lin. ult. &
si. dic. ctsi. fol. 70. lin. ult. &. dic.
tamen. fol. 94. num. 24. lin. 15. hu-
jes. dic. hujus. fol. 102. lin. ult. quia.
dic. qui. fol. 127. lin. 5. divinas. dic.
divina. fol. 134. num. 11. lin. 8. com-
poratione. dic. comparatione. fol.
137. num. 14. lin. 2. justiam. dic.
justitiam. fol. 151. lin. 5. perburabi-
lis. dic. perdurabilis. fol. 163. lin. 1.
omnibus. dic. omnibus. fol. 208. lin.
6. nobilitasis. dic. nobilitatis. fol.
247. num. 17. lin. 6. moltos. dic. mul-
tos. fol. 248. lin. 10. tiam. dic. ti-
tiam. fol. 315. num. 28. lin. 19. con-
fidentur. dic. confitentur.

BIBL. PUBL. MALLORCA



1056668

R. Llull 339

(c) 2006 Ministerio de Cultura

B.R.I.

Lib. Cont.

Em. S.

16

15.

R.
Lull
339

(c) 2006 Minot